BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3MD
4

ORTHOGRAPHIÆ RATIO,

NON LEVIBVS CONIECTVRIS, SED grauiſſimorũ ſcriptorum auctoritate conſtãs:

Cui vt affinis acceſſit

Copioſiſſimus Index, complectens Græcorum ac Latinorum vocabulorum rectam pronuntiationem:

Opera Ioannis Nemii, apud Syluamducis Gymnaſiarchæ.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini
Prototypographi Regij.
M. D. LXXII.

Hexaſtichon D. Chriſtiani Schindelij ad nouum ſcribam.

Nec liber hic nugas, nec ſomnia, nec paradoxa,
Nec coniecturas, quæ ratione carent:
Sed dabit innumeros vno tecum ore loquentes
Orthographos, quibus eſt attribuenda fides.
His ducibus tu carpe viam, qui ſcribere ſcitè
Expetis, & proprio verba ſonare tono.

Hunc librum à me compoſitum agnoſco, ac propria manu teſtor ego Iohannes Nemius.

CHRISTOPHORI VLADERAÇCI IN ORTHOGRAPHIAM IOANNIS Nemij, Epigramma Protrepticon.

Liber loquitur.

Tu quemcunque iuuat facili perdiscere libro
Ὀρθογραφεῖν, proprijs & dare verba tonis:
Pingere distinctè, vitijs sine cuncta referre:
Daphnæaq́ chely tangere dulce melos:
Et Charites, Veneresq́ tua decurrere charta
Vt videas, Cöum, Praxitelemq́ senem;
Me lege, quem Nemius solida produxit ab arte,
Quemq́ dedit Mystæ Pallas amica suo.
Ni facias, miserè rideberis: & tua semper
Fluctibus in medijs lingua feretur iners.
Prima hæc Grammaticæ *pars est. Hinc omnis ab illo*
Sumendus labor est, qui velit esse sciens.
Nil tibi profuerit Syntaxis, nil tibi Carmen,
Nil Etymon, si non hæc tibi cognita erunt.

Eiusdem Distichon.

Quicquid habent veteres, quicquid docuere recentes,
Vt rectè scribas; continet iste liber.

SCRIPTORES QVORVM AVCTORITATE BENE SCRIbendi pronuntiandique ratio confirmatur.

Origenes.
Diuus Epiphanius.
Diuus Augustinus.
Diuus Hieronymus.
Lactantius.
Prudentius.
V. Beda.
Cicero.
Quintilianus.
M. Varro.
Festus Pompeius.
Macrobius.
Aulus Gellius.
Virgilius.
Catullus.
Seruius.
Suidas.
Priscianus.
Diomedes.
Donatus.
Ausonius.
Valerius Probus Grammaticus.
Angelus Politianus.
Erasmus Roterodamus.

Guilel-

Guilelmus Budæus.
Georgius Valla.
Ioannes Murmellius.
Ioannes Cæſareus.
Ioannes Tortellius.
Nicolaus Clenardus.
Ambroſius Calepinus.
Georgius Macropedius.
Ioannes Deſpauterius.
Iacobus Marinus.
Gerardus Mercator Rupelmũdanus.
Cornelius Valerius.
Aldus Manutius Pauli F.
D.Gerardus Matthiſius Geldrienſis.
D.Chriſtianus Schindelius.
Petrus Apherdianus.
D.Iacobus Neopagita.
Dominicus Syluius.
D.Henricus Lumelius.
Theodorus Nemius.
Cornelius Torrentinus.
Chriſtophorus Vladeraccus.
Et plures alij, tum veteres, tum neoterici.

VENERABILI D.D. GERARDO MATTHISIO GELDRIENSI, sacrarum literarũ Professori, Gymnasij Montani, totiusque Academiæ moderatori, & Metropolitanæ Ecclesiæ apud Colonienses Presbytero, &c. Ioannes Nemius.

S. D. P.

RECORDANTI frequentia tua in me beneficia, vir liberalissime, sæpe subortus est acceptorum pudor. non quòd crederem te magnopere reposcere dona reciproca, secundùm Martialis carmen,

Quisquis magna dedit, voluit sibi multa remitti.

sed quòd grates persoluere dignas, non opis esset nostræ; nec iusta daretur occasio, qua vel leuidensi munere tibi possem gratificari. Renouat etiam, adaugetque nostrum pudorem tua nouissima munificentia, quam, precibus nostris motus, pauperculorum aliquot amicorum filijs declarasti; vt meritò te Philoxenum appellandum censeam, quòd eos locario, didactro, ac quotidiani victus portione beaueris. Postquam verò quorundam rogatu ex auctoribus Græcæ Latinæque literaturæ peritißimis decerpsi, & in vnum quoddam syntagma ceu corpus redegi quicquid de Or

thographia exarauerunt; pariter ipsa ratio iussit exquirere Mecœnatem, qui rerum tam variarũ lectoribus candorem aspergeret, atque calcar ad lectitandum adderet. Multũ autem diuque cogitanti tu primus, medius, ac postremus occursasti, vnus omnium candidissimus, & optimus patronus. Neque enim de tuo patrocinio dubitare licet, quum tibi nihil pusillum existimetur, quòd in pusillos philosophiæ alumnos cõfertur. Id quod exemplo optimi maximique Iesu facere putantur omnes, qui rudem ætatem erudiunt, & liberaliũ disciplinarum traditione ad εὐσέβειαν prouehunt. Etenim apertas esse Musarum ianuas vult ille, qui est largitor omnium. In primis autem opitulandum est ijs, qui adhuc sunt ætatis imbecillioris, quàm vt suo Marte sibi consulere possint. Libenter itaque repuerascimus, & parentum aut nutricum ritu præmansum cibum in os inserimus. Nõ piguit Christum ad se vocare paruulos, vt paruulorum candidam puritatẽ à quibuslibet capessendam significaret. Hinc nimirum dicas eos, qui semel se scholastico pistrino dederunt, expediri & auelli inde non posse. Appelles licet dulce docendi cacoëthes. Quandoquidẽ inuenias aliquos, qui pertinaci puerorũ exercitio ita sese oblectant, vt & suis stipendijs militare non vereantur. Nec Paulo Apostolo molestum fuit, omnibus se accommodare, quò omnes Deo reponeret. Proinde ceu rem maximi ponderis, formu-

las literarum, earumque tum virtutes, tum Metamorphoses, tum Eclipses, tum etiam affinitates, & coniunctiones nō dedignamur enucleare. Hic nucibus indulgere, hic senes subinde pueros fieri, neutiquam pudet. Aequè enim palmarium iudicatur, pueritiam vt futuræ reipublicæ seminarium primis elementis imbuere, & firmiorē ætatem solidiore cibo pascere, atque virili toga exornare. Pusilla res appareat, rectè scribere: sed plus habet in recessu, quàm fronte promittit. Leue sit, literulas effingere, coniungere, & bellè sonare. Nec operosum sit, syllabas aptè proferre, ac distinguere scribendo. Sed Orthographiā & Prosodiam seu pronunciationē omnibus suis numeris absoluere, hoc opus, hic labor est. Certè ad hanc rem requiritur non mediocris cùm Romani, tum Græci sermonis cognitio. Illius ergo ob oculos ponimus literatißimorum ac præcipuè vetustißimorum auctorum testimonia, vnde par vtriusq. linguæ facultas percipi valeat. Siquidem, vt rectè olim à quodam scriptum legimus,

Moribus antiquis ſtat res Romana, viriſq.

Et iuxta eiusdem seculi verbum,

Rugoſi, paſſique ſenes eadem omnia quærunt.

Adhuc fortasse Momis minuta hæc videantur. Sed iuxta Flacci sententiam, paruos parua decent. Et Paulus: Cùm esset paruulus, sapiebat vt paruulus. Atqui pueris eadem magna sunt, qui

maiora ſuo captu refugiunt. Hiſce quoque fundamentis fruſtulatim iactis, futurum ſperamus, vt qui nunc in ſcribendo ſunt damis timidiores, qui pedetentim, ac teſtudineo gradu procedunt, ſcribant olim intrepidè & expeditè: itidem infantes vt habeantur facundi. Neque enim exarandi tantùm, ſed etiam pronunciandi ſcientiam hac methodo commonſtramus, ſecuti genitiuas vocum etymologias, & Græcorum rectam ſcriptionem. Nam *profectò, plurimis eruditiſsimisq́. viris teſtibus, peritia bene pronunciandi cum ratione emendatè ſcribendi, ita coniuncta eſt, vt altera ſine altera tradi commodè nequeat. Et, vt permagni intereſt, non nimis eſſe vetulam aut ſordidam nutriculam, cuius lac imbibat puer; item ex qua prima verba, primosq́ue greſſus condiſcat: ſic non parui refert, ex muſcoſis vetuſtate, & limoſisne, an ex illimibus fontibus, pennæ ac linguæ liquorem haurias. Delegimus igitur ex principibus quoque recentiorum ſcriptorum loca, quæ ad hanc Grammatices partẽ ſpectare viſa ſunt, ne naſutioribus ac præcocis ingenij pueris rem non admodum frugiferam præſtitiſſe diceremur. Quandoquidem, vt Martialis inquit,*

Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Fuit communis quondam pecori cibus atque homini glans, Auſonio auctore: ſed, vt nunc ſunt mores, ſatis quercus. quia iam in purpura repentes deliciis emolliuntur. Ideoq́ue niſi hodie cœnam

dubiam appares, pueris non facias satis. Aiunt enim sic nonnullos de hisce rebus scripsisse, vt nihil aliud quàm paradoxa vel somnia edidisse, aut leuiculis cōiecturis fluctuare videantur. Nos quod apud eruditos rectè præscriptū inuenimus, fideliter congestum reddidimus, ne vlla discendi commoditas pueritiæ deesset. Vides magnificentissime vir, quæ tibi referatur gratia. Constitueris puerorum atque puerilium negociolorum susceptor, & parens alter. Et quod sis, esse velis, nihilque malis. Id porrò fiat toto pectore, eodemq. affectu, quo venerandus senex Simeō amplexus est vlnis suis dulcissimum pusionem Iesum. Adde, quòd senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Cuius rei meditatio fugabit tædium veteris adagij: Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. *Cui fortiter obijcias & alteram parœmiā:* Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν. *Quod plenius hoc versu elocutus est Megarensis ille Theognis:* Ὅττι καλὸν, φίλον ἐςί· τόδ᾽, οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐςί.

Denique reliquum est illud Catonis:

Exiguum munus quum dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè, ac plenè laudare memento.

Saluta nostris verbis D. Theodorū Theologiæ Doctorem, D. Iacobum Neopagitā, M. Adrianū Paludanū, & nostratē Georgium. Vale mi Matthisie. Syluæducis, pridie D. Matthiæ Apo. 1572.

ORTHOGRAPHIÆ RATIO.

Orthographia quid ſit, & vnde dicta.

Quintilianus libro primo, capite 13.

Quod Græci Orthographiam vocant, nos rectè ſcribendi ſcientiam nominemus.

Dicta verò eſt ὀρθογραφία, ab ὀρθός,ή,όν, hoc eſt, rectus,a,um, & γραφὴ, id eſt, ſcriptura, ſeu pictura. Nam γράφω Græcis vtrumque ſignificat, ſcribo & pingo.

In quibus rectè ſcribendi ratio ſita ſit.

Rectè autem ſcribere cenſetur & is qui bellos pingit characteres, qui lineas ducit neutiquam obliquas, aut verſus minimè vacillantes: & ille, qui in Græcis Latiniſque potiſſimum dictionibus exarandis nouit, quæ diphthōgo, quæ vocalibus, conſonantibuſque aſpiratis, quæ per Ypſilon, aut per Iota, quæ denique his, illiſue literis ſecundum vniuſcuiuſque linguæ naturam ſcribi debeant, quæque certo accentu aliaue vſitata notula ſint aut inſignienda, aut diſtinguenda, aut coniungenda.

De conſuetudine rectè ſcribendi magiſtra.

Orthographia quoque ſeruit conſuetudini. Ideoque ſæpè mutata eſt, teſte Fabio.

Illam tamen ſcribendi rationem imitabimur, quam doctiſſimus quiſque vſurparit. Et vbi variaſſe docti videbuntur, ibi plurium conſuetudinem ſequemur. Ridiculi ſunt qui ſcripturã in carioſa charta, aut in ſaxo vetuſtate ſemeſo, aut in nomiſmate peruetuſto repertã, ſtatim vocant in

exemplum ſcribendi. Siquidem Orthographiæ ratio nec eodem ſeculo fuit eadem apud omnes. Et quid illiteratius eſt latomis, ſcalptoribus, monetariis, ac vitriariis? quia bene præſcripta reddunt ferè deprauata.

Sciendum quoque eſt, quoſdam inſulsè plus tribuere typographiæ vel conſuetudini, quàm certiſſimæ rationi, cùm tamen ad neutram illarũ refugiendum ſit, niſi deficiente potiore vocis alicuius ratione, quæ ferè petitur ab etymologia, aut à recta deriuatione.

De vtilitate ſcitæ ſcripturæ.

ſmus erod. Plurimùm ad rem facit, ſi puer ſtatim diſcat quàm optimè ſcribere, cùm ob alias cauſas, tum ob id, quòd faciliùs ac libentiùs ſcribit, qui ſcitè didicit ſcribere. Habet enim elegans ſcriptura, non aliter quàm inſignis pictura, ſuam oblectationem, quæ, tum ſcribentem in opere, tum legentem in ſtudio, remoratur.

Veriſſimum eſt autem hic & illud quod vulgo dicitur, Rectè ſcribendo fieri, vt celeriter ſcribamus: non multum ſcribendo, vt bene.

Denique vix dici queat, quantopere commendet rem elegans, dilucida, immaculata, diſtinctaque ſcriptura, Latinis elementis Latina verba repræſentantibus.

De iis, quæ in elementorum figuris, hoc eſt, literarum formationibus ſunt, aut obſeruanda, aut euitanda.

In quatuor rebus potiſſimùm ſitus eſt literarum decor, videlicet: In figura, contextu, ſerie, & P proportione.

De

De Figura.

Figura, à fingendo dicitur, Estque ipsa formula vel scriptura literæ.

Discenti scribere non satis est, figuram ostendisse. Proderit & partium ductum ostendere, & quo modo parti pars adaptetur, indicare. Quod de singulis elementis plenè disserere, perlongum sit. Quare vnicum specimen habeat puer, vnde cætera conijciat, ad hunc modum:

Alpha maiusculum Græcis ac Latinis simili figura signatur. Huius sinistra linea paulò subtilior, calamo transuerso ducenda à summo ad imum: dextera crassior, plano, quemadmodum & transuersa, quæ videtur addita, ne nullum sit discrimen inter Alpha & Lamda Græcum. Hæc admonitus puer faciliùs imitabitur, quàm si tan tùm ostendas figuram, Α, Λ.

Alpha minusculum variè pingitur, sed commodissimè si primùm pingas Δ oblongum, dorso supernè veluti gibbo nonnihil prominente ad dexteram, deinde ab illius summo in gyrum commodè flexo calamo, mollem addas semicirculum infernè nonnihil inflexum, α.

Item b. minutulum si velis pingere, ducenda est ex alto recta linea. Id primum est. Huic adnectendus semicirculus, hoc est, inuersum ɔ. Quod si infernè hiet, fiet h aspirationis nota. Eidem columnæ si addideris lineam infractam, erit k. Rursus eadem si infernè promineat extra versum, & addideris ad dexteram inuersum ɔ, fiet p. Si ad læuam rectum c, erit q. Si nihil annectas sursum prominenti, erit l, nisi quòd infernè paululùm inflectatur quò differat ab I maiusculo.

De figurarum varietatibus.

Formularum ſeu figurarum varietas maior eſt in Græcis minutioribus, quàm in Latinis. Et cõtrà, In maiuſculis copioſior eſt diuerſitas apud hos, quã apud illos, præſertim in iis literis, quas Latini Italicas, Curſoriaſque vulgo vocitant.

De his diligentiſſimè ſcripſit olim Gerardus Mercator Rupelmundanus.

Extant & aliorum libelli quidam de ratione ſcitè ſcribẽdi. Cuiuſmodi in puerilem vſum nuper artificioſiſſimis typis Lutetiæ Claudius Micardus expreſſit. Itẽ Antuerpiæ Guilielmus Syluius, & Chriſtophorus Plantinus.

In quibus inueniat puer plurima dictata ſeu præſcripta exempla, & maximè varias literarum formas, quas imitetur.

Ex hac tam inſigni Chalcographia, quæ nihil à pennarum ſcriptura videtur differre, puer deligat & effingat ſibi manum præcipuè planam, ac legibilem, nec vllis Mæandris aut redimiculis non neceſſariis oneratam obſcuratamque.

Delicatior manus, & in primis Italica, affectanda eſt illi, qui non vulgo, ſed ſoli ſibi aut doctiori amico ſcribit.

Quæ verò multis & rudioribus effingenda, legendáue exaramus, ea debent eſſe ſimplicia, & lectioni populari accommodata.

Grecarum formularum variegatio ferè offertur pueris in fronte, aut calce libellorũ, qui continent præceptiones Græcanicæ Grammaticæ.

Profuerit nouo ſcribæ, ſi has formarum varietates non ſolum pictas, ſed & pingi conſpiciat. Sicut enim viua vox magis afficit, quàm lecta:

Ita

Ita & præeũtis manus opera, plus profuerit ſcribere diſcenti, quã ingens & elegans pręſcriptũ.

Ad experientiam ſcripturæ, & ad ducendam manum conducentia.

Ad excipiendum pictura literas ſingulas, & ad ſcripturæ inchoationem, primum eſt exemplar, deinde commoratus ipſe linearum ductus, præterea manus docentis impoſita manui pueri, eamq́ue regens ac moderans.

Fabius aliud adminiculum indicauit, vt eburneæ tabulæ primum literæ ſimplices, mox ſyllabæ ac dictiones, deinde verſus aliquot quàm ſcitiſſimè inſculpantur: Perq́ue eos ſulcos puer conſueſcat ſtylum ducere, donec iuxta Philoſophos, actio frequenter iterata gignat habitum: Nam hac arte didicimus cæcos nonnullos promptè ſcribendi facultatem ſibi paraſſe.

Eadem opera fiet, vt puer nec diuariet à recta linea, nec vſquam peccet ab harmonia proportionis.

Olim ſtylo ſcribebatur in tabulis ceratis. Nũc quoniam calamis aut pennis ſcribitur, in chartis aut membranis pingitur, alia ſcribendi ratio eſt.

Antiquitus foliis, arborum codicibus, aut linteis ceruſſatis, aut alioqui leuiter incruſtatis inſcribebant.

Nunc ſunt, qui in tabellis puluere oblitis ſtylo æreo, argenteóue ſcribant.

Sed præclarus artifex varias rationes comminiſcetur, quibus puerili ſtudio ſubueniat.

Quarum vna est,

Si perfectum exemplar membranæ pellucidæ ſupponatur, ſuper quam puer calamum ducat ſequens ſubiectas lineas.

Altera est,

Si ſcribendi peritus ſtylo argenteo, cupreóue veſtigia literarum imprimat chartæ, deinde puer per eadem lineamenta ducat calamum aut pennam atramento madentem.

Eadem erit vtilitas, ſi ſucco ligni cuiuſdam figuras præſcribas, leuiter purpureas, quas puer tegat atramento. Hic prioris ſcripturæ veſtigia coarguent, quantum ſit aberratum à præſcripto.

Inter ductas lineas ſcribere, ad figurarum ſpeciem non multum confert, plurimùm tamen cõducit ad rectitudinem verſus, & ad harmoniam partium supernè, infernéue prominentium.

Lineis quoque rectè ductis, licebit æqualibus ſpaciis dirimere verſum à verſu.

Verùm, vt hiſce adminiculis prodeſt exerceri puerum, ita non expedit ſemper his inniti. Sed vbi iam profecerit, conſueſcat abſque cortice nare, nec ſemper linearum ductum deſideret.

Appendix de abbreuiationibus.

Vſitatæ ſunt Græcis & decurtatarum dictionum notulæ, quas abbreuiaturas appellant.

His Latini non ſatis decorè vtuntur, nec vllas habent eadem forma vbique cognitas. Quiſque ſibi eas fingit pro ſuo arbitrio, & priuato quodam captu.

Nemo autem ſyncerè literatus dictionem decurtat ſcribendo, niſi quum vrget anguſtia verſuum, inter quos ſit ſcriptitandum, vel marginis exilitas,

exilitas, vel difficultas aſſequendi verba celeriter dictantis. Sæpè enim contingit, vt in ſcholis celeres mouendi ſint articuli, dum quædam dictantur ſat citò, ſi ſat benè.

Venia datur Medicis, ſi ſua ænigmata ad quæſtum conficta, intricatè ac breuiter præſcribunt ægrotantium miniſtris, quæ ſoli Pharmacopolæ intelligant aut diuinent.

Itidem amantes mutuis ſignis chartæ illitis animos, affectusque ſuos viciſſim inſinuant, ne ſi literulæ intercipiantur, à quibuſlibet agnoſcantur.

Inſtitores quoque ſcriptis numeris, aut aliis quibuſdam notulis merces ſuas ſignant, vt pretij imperitum emptorem fallant.

Et ruſticorum flagellatores, Scribæ forenſes, Cauſidici, & Notarii ab aliis dictata excipiunt ocyſſimè, & abbreuiãt, quæ poſtea latiſſimis verborum phaleris extendant, vt ſcriptionis præmium ſcilicet ſit auctius. Siquidem hoc ſcribarum genus Arithmeticam omnium artium liberalium prædicat liberaliſſimam, Extat Auſonii carmen in Notarium in ſcribendo velociſſimum, quod, quia elegans & iucundum eſt, non pigebit ſubiicere, vt id quod demonſtrare conamur, clarius intelligat puer.

IAMBICVM DIMETRVM.

PVER *notarum præpetum*
Solers minister aduola,
Bipatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia
Punctis peracta singulis
Vt vna vox absoluitur.
Euoluo libros vberes,
Instarque densæ grandinis,
Torrente lingua perstrepo,
Tibi nec aures ambigunt,
Nec occupatur pagina.
Et mota parcè dextera
Volat per æquor cereum.
Cum maximè nunc proloquor
Circumloquentis ambitu,
Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta iam ceris tenes.
Sentire tam velox mihi
Vellem dedisset mens mea,
Quàm præpetis dextræ fuga
Tu me loquentem præuenis.
Quis, quæso, quis me prodidit?
Quis ista iam dixit tibi
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam nouus,

Veniat in aures vt tuas
Quod lingua nondum absoluerit?
Doctrina non hoc præstitit,
Nec vlla tam velox manus
Celeripedis compendij.
Natura munus hoc tibi
Deusque donum tradidit,
Quæ loquerer, vt scires prius
Idemque velles, quod volo.

Veteres vt celeriter comprehenderent quædam verba atque nomina ex communi consensu, primis literis notabãt: Et singulæ literæ quid significabant, in promptu erat. Quod adhuc in nominibus, prænominibus, cognominibus, legibus publicis, Pontificum monumentis, & libris iuris ciuilis cernitur. Quibus de rebus & optimè & vberrimè scripsit Valerius Probus Grammaticus in opusculo de literis antiquis.

Hic etiam admonendus est puer, quòd Oratori vix conceditur curtandæ dictionis species, quæ Syncope dicitur, nisi admodum vulgata sit, & proximè ad integritatem dictionis accedat, vt Valdè pro validè, audacter pro audaciter. *Syncope.*

Difficilior ac durior est Syncope in illis Horatianis: Submosses pro submouisses, erepsemus pro erepsissemus, percusti pro percussisti, euasti pro euasisti, surpite & surpuerat, pro surripite & surripuerat.

Nullo autem modo extra carmen licebit vti Apocope. Iuuenalis Poëtica licentia dixit, Antoni gladios, pro Antonij: Et Virgilius, Peculi ac *Apocope.*

tuguri,pro Peculij ac tugurij.Item Horatius extulit, Patrimoni pro patrimonij, oti pro otij, & negoti pro negotij. Plautus in Aulularia: Quid tibi mecũ eſt commerci ſenex? pro commercij.

Aphæreſis. Aphęreſis in proſa toleratur, quando ſimplex pro cõpoſito ponitur. vt, Ponere arma,pro deponere: Mittere,pro dimittere,Vnde & miſſum facere dicimus.

De Contextu.

Eraſm. Rot. Superiori exercitationi ſuccedit contextus literarum.Eſt autem contextus nihil aliud, quàm literæ cum litera coniunctio decẽs. Refert enim quam literam, cui iungas. Nam quædam ſe non ſuſtinent contingere, quædam gaudent cõtactu,quædam ſibimet implicantur. Veluti p & o, refugiunt contactum. F, g, t, & fortaſſis aliæ nonnullæ quibuſdam annecti gaudẽt. vt, Grande facinus,flagitium, traxit. Nec tamen hæ miſcentur quibuſlibet.

Græci in pingendis minuſculis feliciter laſciuiunt,literas aliquot inuicem complicãtes. Sed id Græci non temere faciunt, niſi in notis numerorum, veluti quum ſignantes quinquaginta, delta minuſculum includunt Iδl.

Appendix de qualitate præſcribendorum exemplarium,quæ effingant pueri.

Addi his poteſt præceptiuncula, mea ſententia non aſpernanda, quæ pariter & ad legẽdum, & ad ſcribendum pertinet, nonnihil etiam ad mores, quorum gratia omnis eruditio comparatur.Ea eſt,vt poſt agnitas formulas & contextas ſyllabas pueri incipiãt ſcribere nomina, mox oratiunculas.Quæ quidem opera non debet in-

ſtitui

ſtitui in vocabulis inanibus ac nihil ſignificantibus aut vulgaribus. Nec in orationibus turpibus. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.

Bona eruditionis pars eſt, ſcire rerum vocabu la, & callere veram appellationẽ cuiuſque piſcis, volucris, quadrupedis, arboris, leguminis, herbæ, morbi, medelæ, & cuiuſlibet ſupellectilis.

Turpe enim eſt, ſi velis tibi dari mantile; vt dicas: Da mihi rem. aut indice digito vti, aut ad vulgatæ linguæ ſubſidium refugere, Latina, Græcáue lingua neglecta.

Multò ſatius eſt, ſpecies rerum ſcire, quàm tantùm generales rerum voces vtcunq; tenere.

Præſcribentur igitur pueris vocabula rerum vulgo non obuia; aut voces exquiſitæ, nonnunquam etiam rei quippiam admonentes.

Idem quoque ſentiendum de Phraſibus, ſen tentiis, & quibuſcunque longioribus materiis.

Tã facilè enim diſcitur, quid ſit Lacerta, aut ſtellio, aut pectunculus; quàm quid ſit Canis, aut vacca.

Nec difficilius ſcribitur, Tẽpori parce, quàm Vacca mingit, aut canis latrat.

Interdum vnica vox continet perfectam ſententiam. vt, Σωφρόνει.

Id multò magis conuenit obſeruari poſtquã eò profecit puer, vt integri verſus iam ſint ad imitationem præſcribendi.

Cur enim non potius præſcribitur hoc Flacci carmen:

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quàm illa ridicula?

Aut pluit, aut ningit, vel nostra pedissequa mingit.

Semen fœniculi pellit spiracula culi.

In hunc vsum valebunt celebrium virorum apophthegmata, exquisitæ breuesque sententię, prouerbia, & lepidè dicta.

De Serie, seu Rectitudine.

Series est ordinis aut ipsius ductus rectitudo & æqualitas.

Nouus scriba rectius pinget, si intra rectas lineas decurrant versus, ne scriptura sit similis Sibyllæ foliis, & iuxta Plautinum iocum litera literam scandat. Nihil enim hac inæqualitate deformius.

De recta scriptione inter lineas, nonnihil diximus suprà, sub titulo, de experientia scripturę.

De Proportione.

Bona pars huius artis est in Proportione.

Ea sita est partim in partibus figurarum, partim in prominentiis, partim in interuallis.

Quod Græci συμμετρίαν dicunt, nos proportionem vocamus.

Specimen partium.

A maiusculum constat tribus lineis. Itaque ad Symmetriam pertinet, vt transuersa æquali spatio distet à summo & ab imo. Rursus indicandum est puero, quanto spatio distet imum sinistræ lineæ ab imo dextræ. Finge triangulum æquis lateribus, si detrahas imam lineam, eamq; certa portione decurtatam trãsferas in medium, habebis Alpha.

Item in B maiusculo, erectæ lineæ seu columnæ duo veluti ventres annectuntur, sed in æqua-

li tumore: cui si desit sua symmetria, offendit figura.

Specimen Prominentiarum.

Eadem est ratio in partibus, quæ prominent, aliæ sursum, aliæ deorsum videlicet. Vt l sursum eminens, & p deorsum, tantum habeant longitudinis extra versus spatium, quantum intra. c, verbi causa, implet rectum spatium, huic annexa linea vt fiat q, duplicet illud, aut certè minimo superet.

De interualli rationibus.

Interuallum est signum distantiæ vel spatij in medio relicti.

Tribus modis interuallum consyderatur. Primum est quod dirimit versum à versu. Secundum est quod literam à litera dispescit. Tertium verò est quod separat dictionem à dictione, quod comma à commate, colon à colo, periodum à periodo, simul asscriptis notulis quibus distinguuntur.

De quibus iusto ordine dicemus, postquam de singularum literarum proprietatibus, deque diphthongis, atque de nonnullis aliis dixerimus, quorum cognitio prius habenda, censetur. Hactenus ferè Erasmus.

Literis singulis peculiaria quædam.

Diomedes libro secundo.

A vocalis δίχρονος per se facit syllabas & breues & longas. Itemque connexa cum aliis tam præposita, quàm media, finiensque. vt, Adhala. *Propriet-tes litera-*

Nota etiam prænominis cùm Aulum sola significat.

A in quas literas transeat, ex Prisciano & alijs.

A producta mutatur in e productam. vt halitus, anhelitus: arceo, coërceo: arma, inermis.

A breue vertitur in i breue. vt facio, perficio: facilis, difficilis: amicus, inimicus.

A in u transit. vt salsus, insulsus: calco, conculco, inculco.

Diomedes:

B consonans muta tam præponitur vocalibus, quàm subiungitur. Præponitur & semiuocalibus, vt blesus, brachium.

B in quas literas vertatur:

Propinqua p literæ, in p sæpè mutatur. vt, supponit, opponit.

Priscianus libro primo:

pro ab. B quoque in u, euphoniæ causa conuerti inuenimus. vt, Aufero, pro abfero: Aufugio, pro abfugio. *Diomedes:*

C consonans muta, tam præponitur vocalibus, quàm subiungitur. vt Caput, accepit, concidit, occidit.

Diomedes, & V. Beda:

C, nota est prænominis, cùm sola Caium notat: Item numeri, cùm centum significat. Caius scribitur, Gaius legitur.

Sic antiqui Cneum scribebant, & Gneum pronuntiabant.

Diomedes:

D consonans muta, tam præponitur vocalibus, quàm subiungitur.

D in quas literas mutetur, ex Diomede & Venerabili Beda:

D, litera propinqua est septem his consonan-

tibus: C, g, l, p, r, s, t. Quibus adduntur N, & f, quæ ſuccedunt in locum eius. vt, Accipe, aggrega, alliga, appete, arripe, aſſide, attende: Annota, affinis.

D, nota prænominis eſt, cùm Decium ſola ſignificat. Item numeri, cùm quingentos ſcribimus.

Diomedes:

E vocalis δίχρονος per ſe nominata, item cum aliis iuncta, & breues facit ſyllabas & longas.

In quas literas E transformetur.

Priſcianus libro primo:

E correpta tranſit in e productam. vt Lego, legi.

In a. vt, ſero, ſatus: reor, ratus.

In i. vt, moneo, monitus: lego, diligo.

In o. vt, tego, toga. Antiquiſſimi quoque amploƈti, pro ampleƈti dicebant, & animaduorti, pro animaduerti. *Vorti, pro verti, &c.*

In u. vt, tego, tugurium. Et apud antiquiſſimos quotieſcunque n & d ſequuntur in his, quæ à tertia coniugatione naſcuntur, loco e, u ſcriptum inueniemus. vt, faciundum, legũdum, dicundum, vertundum: pro faciendum, legendum, dicendum, vertendum. *Faciundum pro faciendum, &c.*

Ioannes Cæſareus:

F, ab antiquis digamma diƈtum eſt, quòd ex duplici gamma conſtet, conflatumque ſit. vt F, ex Γ Γ.

Diomedes:

Et hoc ſcire debemus, quòd F litera tantùm ſcribitur, cùm Latina diƈtio ſcribitur. vt, felix. Nam ſi peregrina fuerit, p & h ſcribimus. vt,

Phœbus,& Phaëton.

Priscianus:

Eum autem inquit propè ſonum, quem nũc habet F, ſignificabat p cum aſpiratione. Sicut etiam apud veteres Græcos pro φ, p & h. Vnde nunc quoque in Græcis nominibus antiquam ſcripturam ſeruamus, pro φ, p & h ponentes. vt,Orpheus,Phaëton.

Poſtea verò in Latinis placuit verbis pro p & h, f ſcribi. vt, fama, filius, facio. Loco autem digamma, u pro conſonante: quòd cognatione ſoni videbatur affinis eſſe digamma,ea litera. vt, vulgus. *Diomedes:*

G conſonans muta, præpoſitiua & ſubiũctiua,quia tã præponitur vocalibus,quàm ſubiungitur. vt,aggero. Præponitur & conſonantibus. vt,agmine,magno,gregem,glire. Hactenus ille.

Eraſm. Rot. Iam obſeruandum eſt, quòd Latini mediam quæ eſt γ, vel g, non ſemper eodem enuntiant ſono. Quum enim dicis vaga, vago, exiguus, prorſus aliud audis quàm quum dicis, vage, vagi. Nam in ga, go, & gu, auditur neſcio quid craſſius & ſpirantius.

Item aliud audis in lego,quàm in legis, legit: In longas,quàm in longis.

Similiter in Græcis aliud audis, cùm dicitur, θεολόγῳ,θεολόγου, θεολόγα, quàm cùm θεολόγε, θεολόγοι.Idque vt nos quidem ſonamus.

Huic malo ſuccurrit Germanorum pronuntiatio,qui ſono per omnia ſimili dicunt, Lego, legis,legit.

Γ, ſi ſequatur aſpirata χ, aut alterum γ, aut ξ, ſonat medium quiddam inter n, & g. vt ἐγχειρί-

δίον, ῥόγχος, ἄγγελος, λύγξ, σφίγξ: enchiridion, rhonchus, angelus, lynx, sphinx.

Adeoque non conuenit his literis in eadem dictione, vt si prior syllaba desinat in ν, vertatur in γ. Nā ab ἐν & χεὶρ compositum est ἐγχειρίδιον.

Quòd si post γ succedit κ, vtriusque literæ sonus mutatur, velut in ἀνάγκη, λυγκεύς. Nam in his propemodum sonat ν, & κ propemodū γ. Propemodum autem diximus, quòd nō ad plenum exprimitur ν, & γ, sed medium quiddam inter vtrumque.

Simile quiddam auditur & apud Latinos, si literæ g succedit n, aut alterum g, aut c, aut q: velut in magnus, agnus, pignus, cygnus, magnes, agger, aggero, ancora, anquiro.

Ac veteres, quorum est Victorinus, adeò putabant nobis hic deesse literam, medio sono inter g & n, vt pro aggerem & suggestum, scribendum existimarint angerem & sungestum.

Rursus pro ancora, agcora: pro ancylia, agcylia.

Verū n litera nostris auribus blandior, vicit.

Priscianus:

H, aspirationis nota est, & nihil aliud habet literæ nisi figuram, & quòd in versu scribitur inter literas.

Aspiratio quoque ante omnes vocales poni potest, post consonantes autem quatuor tātummodo more antiquo Græcorū, c, t, p, r. vt habeo, Herennius, heros, hilum, homo, humus, hyems, Hylas: Chremes, Thraso, Philippus, Pyrrhus.

A. Gellius libro decimotertio, capite sexto.

Publius Nigidius in commentariis Gram-

maticis: Rusticus fit sermo, inquit, si aspires perperam.

Diomedes:

H consonans muta, propriè continens aspirationem, subiunctiua r liquidæ consonantis, recepta vulgo in numerum mutarum omnibus vocalibus præponitur, nulli subiungitur nisi cõsonãtibus. vt in Thracia, & in nominibns Græcis.

Donatus:

H interdum consonans, interdum aspirationis creditur nota.

Quibus literis aspiratio aut præponatur, aut postponatur, apertissimè tradit Georgius Valla, in tractatu de Orthographia.

Aulus Gellius libro secundo, cap. tertio:

H litera, siue illam spiritum magis, quàm literam dici oportet. Inserebant eam veteres nostri plærisque vocibus verborum firmandis roborandisque, vt sonus earum esset viridior, vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio, & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum est, Atticos ἰχθὺν ἵρον, multa itidem alia, citra morem gentiũ Græciæ cæterarum, inspirantes primæ literæ dixisse: Sic lachrymas, sic sepulchrum, sic ahenum, sic vehemens, sic inchoare, sic helluari, sic hallucinari, sic honera, sic honustum dixerunt. In his enim verbis omnibus literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi vt firmitas, & vigor vocis, quasi quibusdam neruis additis intenderetur. Sed quoniam aheni quoque exemplo vsi sumus, venit nobis in memoriam, fidum optatumque multi nominis Romæ Grammaticum ostendisse mihi librum Æneïdos secundum mi-

randæ vetuſtatis, emptum in ſigillariis xx. aureis, quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat, in quo duo iſti verſus cùm ita ſcripti forent,

Veſtibulum ante ipſum, primoq́; in limine Pyrrhus,
Exultat telis, & luce coruſcus aëna.

Additam ſuprà vidimus h literam, & ahena factum.

Sic in illo quoque Virgilii verſu in optimis libris ſcriptum inuenimus:

Aut foliis vndam tepidi diſpumat aheni.

Angelus Politianus in Miſcellaneis, cap. xix.

Quintilianus libro Oratoriarum inſtitutionum primo de aſpiratione agens, ita inquit: Parciſſimè ea veteres vſi etiam in vocalibus, cùm ædos, ircosque dicebant: diu deinde ſeruatum, ne conſonantibus aſpirarent, vt in Græcis, & in triumpis. Erupit breui tempore nimius vſus, vt choronæ, chenturiones, præchones, adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneāt. Qua de re Catulli nobile epigramma eſt. Hæc ille. Putamus autem epigramma citari hoc potiſſimum: *Aſpirationis vſus.*

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias.
Et tum mirificè ſperabat ſe eſſe locutum,
Cùm quantùm poterat dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Hoc miſſo Syriam requierunt omnibus aures,
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,
Cùm ſubito affertur nuntius horribilis:
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet,
Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

Eſt

Eſt verò obſeruandum, vt etiam in pronunciando, quemadmodum in ſcribendó vocibus aſpires. Quòd nunc Græci tantùm in conſonantibus, Latini ne in conſonantibus quidem retinuerunt. Contra veteres Latini etiam loquendo vocalibus aſpirabant. Ex quo Cicero in Oratore ad Brutum ita ſcribit: Quin ego ipſe cùm ſcirem ita maiores loquutos eſſe, vt nuſquam niſi in vocali aſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem. Aliquando, idque ſero conuitio aurium, cùm extorta mihi veritas eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Sic Cicero.

Sed & aureolum vidi equidem nuper apud Laurentium Medicen nomiſma, cum titulo, *Triumpus.* & item argenteum alterum, cum vulgatiore hoc, *Triumphus.* Quin Aulus quoque Gellius in ſecundo Noctium Atticarum teſtatur veteres, h, literam, ſeu ſpiritum, plęriſq; vocibus verborum firmandis (vt ipſe inquit) roborandiſque inſeruiſſe, vt ſonus eorum eſſet viridior, vegetiorque.

Sed & Priſcianus ait aſpirationem vocalibus extrinſecus adſcribi, vt minimum ſonet, conſonantibus autem intrinſecus, vt plurimum. Quare ſi conſtare tibi Catulliani epigrammatis lepôrem voles, aſpirationem ipſam ſuo loco, quantú poteris pronunciabis. Hactenus Politianus.

Eraſmus Roterodamus.

De h, propemodum conuenit inter Grammaticos, è literarum catalogo iure ſubmouendam eſſe, nihiloque iuſtiùs videri, vt inter literas nume-

me-

meretur, quàm ſi apud Græcos ſpiritus tonìue nota in literarum ordinem accerſeretur, cùm interim, inuitis Grammaticorum centuriis propè dixerim, regnet in mediis literis, præpoſita vocalibus lenius ſonans. Rariùs enim poſtponitur in aliquot barbaris, & interiectionibus, veluti in ah, vah, oh, & proh, non ſine rixa tamen Grammaticorum cauillantium id per Apocopen fieri, cùm integræ voces fuerint, aha, vaha, ohe, & prohe: aliis dicentibus, nihilo magis præcipi poſſe, quomodo ſcribendæ ſint interiectiones, quàm præſcribi poteſt alienis affectibus, quorum illæ ſunt notæ. Conſonantibus verò poſtpoſita, vehementius ſonat. Poſtponitur autem c, t, p. Semper autem ρ apud Græcos, ſi conſonans hæc ſit vocis initium: rurſus in medio geminatis ρρ, additur poſteriori. vt in choris, thymum, Phyllis: & rhetor, & catarrhus. Nec raró mediis vocalibus interſeritur, quo ſonus ſit vegetior. Siquidem Aulus Gellius citat peruetuſtos codices, quos exiſtimabant fuiſſe Maronis αὐτογράφους, in quibus ait ſe vidiſſe verſum hunc ex ſecundo Æneïdos libro: *Ah, pro aha, per Apocopen*

Exultat telis & luce coruſcus aëna,

ita fuiſſe ſcriptum, vt ſupernè inter a & e, h litera fuerit annotata, ahena. Similiter in illo verſu:

Aut foliis vndam tepidi diſpumat aheni.

Quod idem factitatum reperitur in nihil & mihi.

Ioannes Deſpauterius:

H, aſpiratio tantum eſt.

Diomedes:

I vocalis δίχρονος, quæ interdum media geminatur:

natur: & præpoſita ſibi, aut alteri vocali, tranſit in conſonantium poteſtatem.

Nota numeri eſt, cùm vnum ſignificat.

Priſcianus:

I modò pro ſimplici, modò pro duplici accipitur conſonante. Pro ſimplici, quando ab eo incipit ſyllaba in principio dictionis poſita, ſubſequente vocali in eadem ſyllaba. vt, Iuno, Iuppiter. Pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit ſyllaba poſt vocalem ante ſe poſitam, ſubſequente quoque vocali in eadē ſyllaba. vt, Maius, peius, eius. In quo loco antiqui ſolebant geminare eandem I literam, & maiius, peiius, eiius ſcribere: quod non aliter pronunciari poſſet, quàm ſi cum ſuperiore ſyllaba prior I, cum ſequente altera proferretur. vt peiius, eiius, maiius: Et duo ii pro duabus conſonantibus accipiebant. Nam quamuis I ſit cōſonans, in eadem ſyllaba geminata iungi non poſſet. Ergo non aliter quàm tellus, mannus, proferri debuit. Vnde Pompeij quoque genitiuum per tria I ſcribebant, quorum duo ſuperiora loco conſonantium accipiebant, vt ſi dicas Pompeiij. Nam tribus iij iunctis qualis poſſet ſyllaba pronunciari? Nam poſtremum I, pro vocali eſt accipiendum.

I, pro ſimplici conſonante in media quoque dictione inuenitur, ſed in compoſitis. vt, iniuria, adiungo, eiectus, reiice.

Virgilius in Bucolicis Proceleuſmaticum poſuit pro Dactylo:

Tityre paſcentes à flumine reiice capellas.

Nunquam autem poteſt ante eam, loco poſi-

tam

tam conſonantis, aſpiratio inueniri: ſicut nec ante u conſonantem. Vnde hiulcus triſyllabum eſt. Nulla enim conſonans ante ſe aſpirationem recipit.

¶ K literam conſtat eſſe Græcam, & Græcarum dictionum cauſa Latinis annumeratam, ſicut z & y. vt, Kalamus, Kalendæ.

Priſcianus:

K ſuperuacua eſt, quæ quamuis ſcribatur, nullam aliam vim habet quàm c.

Donatus:

Ex mutis duæ ſuperuacuæ quibuſdam imperitis eſſe videntur, k & q, qui neſciunt quoties a ſequitur, k literam præponendam eſſe, non c: quoties u ſequitur, per q, non per c ſcribendum: Excepto cur & cùm, quod per c ſcribendum eſt, quia inter q & aliam conſonantem u ſine altera vocali poni non poteſt.

Diomedes:

K conſonans ſuperuacua, qua vtimur quando a correpta ſequitur. vt, Kalendæ, Kaput, Kalumniæ. *Paradoxon id multis videtur,*

Idem:

¶ L conſonans ſemiuocalis liquida, quæ tam præponitur vocalibus, quàm ſubiungitur. Præponitur, vt, Laudo, lege, lites, locus, lucus. & cùm his ſimilia ſcribimus. Subiungitur, tanquã alma. Item ſubiungitur cõſonantibus. vt, Cùm Claudium, Clementemque, & Clodium, Cluſiumque nominamus.

Nota prænominis, quum ſola poſita Lucium ſignificat.

Itẽ numeri, cùm pro quinquaginta ponitur.

L in quas literas mutetur.

Priscianus.

L transit in x. vt, Paulum, pauxillum: mala, maxilla: velũ, vexillum. In r, vt tabula, taberna.

Diomedes.

¶ M consonans semiuocalis liquida, tam præponitur vocalibus quàm subiungitur. vt cùm agmina, fragmenta dicimus.

Nota prænominis, cùm sola scripta Marcum significat.

Item numeri, cùm mille significat.

M in quas vertatur literas.

Priscianus:

M transit in n, & maximè d, vel t, vel c, vel q sequentibus. vt, tam, tandem, tantum, tantundem: idem, identidem: num, nuncubi; &(vt Plinio placet) nũquis, nunquã, anceps pro amceps.

Am, præpositio. Am enim præpositio, f, vel e, vel q sequentibus, in n mutat m. vt anfractus, ancisus, anquiro. Vocali verò sequente intercipit b. vt, Ambitus, ambesus, ambustus, ambages. Necnon etiam in Comburo, combustus, idem fit.

Diomedes:

¶ N consonans semiuocalis liquida, tam præponitur, quàm subiungitur vocalibus. vt Natus, ante. Item subiungitur mutis. vt, Gnidus, Potniades, Cydnus.

Nota prænominis, sola Numatium significat. Item præposita sibi G, Gneum; quem antiqui Cn. scribebant.

Venerabilis Beda.

N sola, numerum significat: præposita G, Gneum, Gn.

Priscianus libro primo.

Quinquaginta quoque numeri signum, quod illi per n (ν) scribunt, nos per L more antiquissimo scribimus.

In quas literas conuertatur N.

Idem Prisc.

N transit in g. vt, Agnosco, ignauus, ignotus, ignarus, ignominia, cognosco, cognatus. Potest tamen in quibusdam eorum etiam per concisionem adempta videri n, quia in simplicibus quoque potest inueniri per adiectionem g. vt, gnatus, gnarus. Et sequente g vel c, pro ea g scribunt Græci. Et quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum euphoniæ causa hoc bene facientes. vt Agchises, agceps, aggulus, aggens, quod ostendit Varro primo de Origine linguæ Latinæ his verbis: Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt.

Transit etiam n in l. vt, Vnus, vllus, nullus: vinum villum, catena catella, bonus bellus, Catinum catillum. Similiter, Collega, colligo, illido, collido.

Transit in m, sequentibus b, vel m, vel p, auctore Plinio & Papyriano, & Probo. vt, imbibo, imbellus, imbutus, immineo, immitto, immotus, improbus, imperator, impello.

Similiter in Græcis nominibus neutris in ον desinentibus. vt παλλάδιον, Palladium.

Transit etiam in r. vt, corrigo, corrumpo, irrito. Transit supradicta consonans n etiam in s. vt, scindo, scissus: findo, fissus.

In t. vt, Canis, catulus, catellus.

In c. vt, Ecquid pro enquid.

Tranſit & in u conſonantem. vt, ſino, ſiui: ſterno, ſtraui: ſperno, ſpreui.

Diomedes:

¶ O vocalis δίχρονος tam producitur, quàm corripitur, & ſingularis, & cum aliis copulata.

In quas vocales mutetur O.

Priſcianus:

O tranſit in e. vt, Bonus, bene, tutor, tutela, γόνυ, genu, ποῦς, pes.

Item in u, vt plæraque, quæ apud Græcos nominatiuum in os terminant, o in u conuertunt apud nos. vt, κύρος, Cyrus, σπονδεῖος, ſpondeus, κύπρος, Cyprus, πέλαγος, pelagus.

Diomedes:

¶ P, conſonans muta, tam præponitur vocalibus quàm ſubiungitur. vt, Ponit, præponit.

Præponitur etiam conſonãtibus. vt, Plaudit.

V. *Beda & Diomedes:*

P, nota prænominis, ſola Publium ſignificat: Et cum R poſita, populum Romanum: Et ſubiecta literæ R, rempublicã: Et præpoſita C literæ, Patres conſcriptos, ſiue poſt conſulatum.

Diomedes:

¶ Q conſonans muta ex c & u literis compoſita, ſuperuacua: qua vtimur quando u & altera vocalis in vna ſyllaba iunguntur. vt, Quirinus.

Nota prænominis, Quintum ſignificat.

Item honoris, Quæſtorem indicat.

Nec minus populum, quum ea notamus Quirites.

¶ Reſpice ſuprà de litera K, ſcripta ex Donato.

Q, in quid transeat. *Priscianus*

Q, nisi eandem vim haberet quam c, nunquã in principiis infinitorum vel interrogatiuorum quorundam nominum posita, per obliquos casus in illam transiret. vt Quis, cuius, cui.

Similiter à verbis q habentibus in quibusdã participiis in c transfertur. vt, sequor, secutus, loquor, locutus.

Apud antiquissimos frequentissimè loco cu syllabæ, quu ponebatur, & è contrario. vt, Arquus, coquus, oquulus: pro, arcus, cocus, oculus: Quum pro cùm: Quur pro cur. *Quum, pr[o] cùm, &c.*

Priscianus:

¶ R sine aspiratione ponitur in Latinis. In Græcis verò principalis, vel geminata in media dictione, aspiratur. vt, Rhetor, Rhodus: Pyrrhus, Tyrrhenus. *Diomedes:*

R consonans semiuocalis liquida, præpositiua & eadem subiunctiua vocalium. vt, Roma, ramus, arma, orbis.

Item consonantibus subiungitur. vt in Crasso, crure, prudenter.

H quoque consonanti vel aspirationis notæ præponitur. vt, Rhodius, sed in Græcis dumtaxat nominibus.

In quas literas vertatur R. *Priscianus:*

R mutatur in:
- l, si sequitur l. vt niger nigellus, vmbra vmbella, pelliceo pellucet.
- s, vt arbos pro arbor, odos pro odor, honos pro honor. Et in duas ss. vt vro vssi, gero gessi.
- n, vt Æneus pro æreus.
- u consonãtem, vt sero seui, tero triui.

Diomedes:

¶ S consonans semiuocalis, suæ cuiusdam potestatis, præpositiua vocalium & subiũctiua. vt, satis, asper.

Item præpositiua t consonantis tantùm. vt, status. *Priscianus:*

S, in metro apud vetustissimos vim suam frequenter amittit. Virgilius in duodecimo:

Inter se coiisse viros, & decernere ferro.

S penitus tollitur, ne coniunctione sequente cum apostropho. vt, Viden' pro vidésne: satin' pro satisne: vin' pro visne?

Necnon etiam in Græcis nominibus as vel es terminantibus plærunque tollitur, cùm sint primæ declinationis. vt, Geta, Birrhia, Phædria, Chærea, Poëta, Sophista, Schyta, Citharista. In quibus etiã s producta in a correptã cõuertitur.

In quas literas mutetur s.

Idem Priscianus:

S, transit
- In m. vt, rursum pro rursus.
- In n. vt, sanguis sanguinis.
- In r. vt, flos floris, ius iuris, cursus curriculus vel curriculum.
- In x. vt, Aiax pro Aias, & pistrix pro pistris. In quo sequimur Dores. Illi enim dicunt ὄρνιξ pro ὄρνις.
- In d. Custos custodis, pes pedis; præses præsidis, palus paludis.
- In t. vt, Nepos nepotis, virtus virtutis, Samnis Samnitis.
- In u consonantem. vt, bos bouis.

Diomedes:

¶ T consonans muta, prępositiua liquidarum

& vocalium: Et eadem ſubiunctiua p, c, s, conſonantibus. vt Ptolemæus, Cteſipho, Scchus; trabea & Ætna.

Nota prænominis, ſola Titum ſignificat.

In quas literas T mutetur.

Priſcianus:

T, tranſit in s. vt Verto verſus, concutio concuſſus, ὀςᾶ Græcum pro oſſa.

C verò antecedente, t mutatur in x. vt Pecto pexui, flecto flexi.

Diomedes:

¶ V vocalis δίχρονος, quæ geminata, digamma accipit: & præpoſita ſibi aut alteri vocali, tranſit in conſonantium poteſtatem. vt Vulgus, valēs, viuit, velox, vox.

Venerabilis Beda:

V, adiuncta C, cum virga iacente ſuperpoſita, vir clariſſimus: V geminata cum virga iacente ſuperpoſita, verbi gratia: V geminata cum c duplici, viri clariſſimi.

¶ *In quas literas conuertatur V.*

Priſcianus:

Multis Italiæ populis V in vſu non erat, ſed è contrario O. Vnde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco eius, O poſuiſſe inueniuntur, dicentes poblicum pro publicum, polchrum pro pulchrum, colpam pro culpam, & Hercolem pro Herculem. Et maximè digamma antecedente hoc faciebant. vt ſeruos pro ſeruus, volgos pro vulgus, Dauos pro Dauus.

Os, pro u[s] vt Dauo[s] pro Dau[us]

quor. Sic enim placet his,qui de Orthographia scripserunt, quamuis euphonia & ratio abiicit s,antecedente x,vt in extendo,sic & in exugo. *Nota posi X poni s,s contra rationem,&*

L quoque sequẽte inuenitur in nomine hoc exlex.

In quas literas vertatur x.

Idem libro secundo.

F sequente, in eam conuertitur x. vt efficio, effero,effundo.

Cæteris verò consonantibus sequentibus, e non ex præponi solet. vt, ebibo, educo, egero, eludo,emineo,enitor,eruo,eueho. *E,præponitur consonantibus.*

Rursus idem in fine libri primi.

X etiam transit in u consonantem. vt, nix niuis.

Nec non in ct.vt, nox noctis, supellex supellectilis,sed hæc contra regulam declinari videntur.

Subit etiam x litera,loco aspirationis. vt,veho vexi, traho traxi.

Et sciendum quòd quotiescunque ex præpositio præponitur composita dictionibus à vocalibus incipientibus, vel ab his quatuor consonantibus,c,p,t,& s,integra manet ex. vt Exaro, exeo,exigo,excleo,exuro,excutio,expeto,extraho,exequor.In quo videmur contra Grecorum facere consuetudinem.Illi enim s sequente, nunquam x præponunt,sed k pro ea.vt,ἔκστασις. *Ex præponitur vocalibus aut co sonantibus*

Melius ergo nos quoque x solam ponimus, quæ locum obtinet cs. Cuius rationem non solùm ipse sonus aurium iudicio possit reddere, sed etiam hoc, quòd geminari s aliqua consonante antecedente minimè potest.Geminari au-

tem videtur post consonantem, si x antecedente (quæ loco c & s fungitur) ipsa consequatur. vt, Exsequiæ, exsequor. Quòd si licéret, licebat etiã post bs vel ps (quas loco ψ duplicis accipimus) addere s, vt diceremus: Obssessus, absseclus; quod minimè licet. Nunquam enim nec s, nec alia consonans geminari potest, alia antecedente consonante.

S ante s nõ scribendum.

Videtur hic Priscianus omnino non approbare, quòd quidam confidenter scribunt: Exsatio, exsaturo, exscribo, exsilio, exsul, exsulo, exsoluo, exsurgo, exsupero, exspecto, exspes, exsequor exsequiæ, & similia.

Neque dicendum est: Absscissus, asspicio, asspiro, disspicio. Sed, Abscissus, aspicio, aspectus, aspiro, dispicio. Et similiter: Exilio, exiliũ, exul, exulo, expecto, expuo, exupero, exurgo, exequor exequiæ, & cætera.

S non esse geminandũ.

Idque propter rationes modò dictas.

Diomedes:

¶ Y vocalis δίχρονος Græca, propter Græcas dictiones admittitur. vt Hymenæus, Cyrus, Hylas.

Donatus:

Y & Z remanent, quas literas propter Græca nomina assumpsimus.

Ita & Priscianus:

Y & Z Græcorum nominũ causa asciuimus.

Diomedes:

¶ Z consonans semiuocalis duplex, Græca etiam, propter Græca vel barbara nomina admittitur. vt Zenon, Mezentius, gaza.

Pro hoc veteres duabus ss vtebantur. vt Mes-

ſentius,& pitiſſo,patriſſo,Græciſſo.

¶ Appendix prima de prænominibus ſignandis, ac de Euphonia.

Donatus:

Omnia prænomina aut ſingulis literis notantur, vt C. Cæſar, L. Catilina: aut binis, vt Cn. Pompeius: aut ternis, vt Sex. Roſcius.

¶ De literis antiquis, deq; nominibus, prænominibus, & cognominibus ciuium Romanorum; Item de notis ponderum ac numerorum legatur opuſculum Valerii Probi Grammatici.

¶ Euphoniæ aliquando magis ſeruiendum eſt quàm Analogiæ, teſte Priſciano. Sic nubo nupſi, & ſcribo ſcripſi faciunt, quamuis Analogia per b cogit ſcribere. Sed euphonia ſuperat, quæ etiam nuptam non nubtam, & ſcriptum non ſcribtum compellit per p, non per b dicere & ſcribere.

¶ Appendix ſecunda de locis vbi literæ maiuſculæ minuſculæq; ſint ſcribendæ.

Eruditorum manus & emendatiores Typographorum libri repræſentant maiuſculam primam literam in quibuſlibet nominibus propriis, inque iis quæ à propriis deducta ſunt, & in appellatiuis quæ per excellentiam pro propriis accipiuntur. Vt Acragas, Acragantinus, & Poëta pro Virgilio, aut Dominus Deuſque pro Ieſu Chriſto, cuius dominio parent omnia.

Maiuſcula ferè eſt & princeps litera in quouis nouo ſenſu, in principio cuiuſque capitis, tituli, & carminis.

Sententiæ ac Phraſes elegantiores, totæ à quibuſdam grandi literatura perſcribuntur,

vt lectorem attentum reddant & admoneāt alicuius magnæ rei vel primo aſpectu.

Protractum ſ, in principio & medio dictionis ſcribi conſueuit. In fine autem id non pingitur à doctis, niſi ſubſequatur coniunctio enclitica. vt, Dicisque, facisque.

Contractum s inſtar ſerpentis, aut ſupernè ſe exinuans ad hanc formam s, nec initio, nec medio collocatur, ſed finalem ſyllabam finit. vt, Dominus, Deus.

V, vel v, grandiuſculo tractu in principio ſcribitur: ſed u, quod quaſi ex gemino i, ſeu duplici iota conſtat, nunc hunc, nunc illum locum occupat. vt,

Venit ſumma dies & ineluctabile fatum.

At hic ſedulò cauendum eſt, ne pro quinta vocali u, quæ infernè clauditur, pingatur n conſonans, quæ ſupernè concludi debet.

Itidem cauendum eſt, ne pro y Græca vocali, ſcribas ij geminatam Latinorum vocalem. Per illam enim vnica fit ſyllaba, per hanc iteratam fiunt duæ. vt Myſtes diſſyllabum, & Antonij tetraſyllabum ſit.

Reliquæ minutæ literæ promiſcuè ſcribi ſolent, in principio, medio, & fine.

Hæc & his affinia licebit paſſim diſcere ex doctorum hominum vſu, qui eſt optimus dicendi ſcribendique magiſter.

¶ *De Diphthongo.*

Diphthongus Grǽca vox eſt, dicta à δὶς. i. bis; & φθόγγος ſonus. Duæ enim vocales iungūtur & diphthongum faciunt, vt ſit diphthongus quaſi duarū vocaliū cōcretus ſonus, aut vox cōpoſita.

De-

¶ De numero Diphthongorum. Angelus Politianus in Miscellaneis, Cap.43.

Diphthongi apud Latinos non plures quatuor perhibentur, cùm septem nos eas saltem inueniamus in antiquis vel marmoribus vel nomismatis, quorum nobis copiam ingentem Medices Laurentius suppeditat. Nam præter illas vulgatissimas, æ, œ, au, & eu, est adeo inuenire etiam ai, & ei, & item ou, pro illis ae, i, u, in veteribus monimentis. Et ai quidem pro ae, nõnulli cum litera i, non e, Græcorum more semper efferebant, vt Quintilianus ostendit. Quidam singulariter tantùm, cùm in genitiuum vel datiuum casum incidissent. Vnde etiam Aïmilius pro eo quod sit Æmelius alicubi Romæ in antiquis spectationibus adnotauimus. Omnino autem cùm supra testudinem Panthei ascendissemus, fragmentum ibi marmoreum cum eiusmodi scripturæ vestigiis offendimus. Ex quo etiam diæresin videmus factam in illis, quæ vel apud Virgilium sunt, auläi, pictäi, & quod nunc mendosè legitur aquäi. Porrò autem diphthongus ei frequentiùs inuenitur, penéque etiam in confesso est, quod & nomismata plæraque & marmora vetustissima declarant, & argumenta ipsa Plautinarum comœdiarum, quæ Captiui, quæúe item Menæchmi inscribuntur. Nam si versuum singulorum primas subinde literas cõnectas, Capteiuei, & Menaechmei resultabit, vt sit vbique ei diphthongus. Præterea fouri, non furi, legimus in nomismate alio, vt prima syllaba diphthongo producatur. Qualis etiam apud

Græcos eſt. Quid autem de eo dicam, quod & Quintilianus indicat, & nos aliquando obſeruauimus, vt vocalem producendam geminarēt, cùm in aureo nomiſmate feelix per e geminum, in æreo autem Galbæ principis viirtus per i duplex reperiatur? Iam illa ἄκυρ⊙, nónne etiã apud nos in Græcis ſaltem nominibus, vt in harpyia, Orithyia, Thyiadæque reperitur? vt non iam ſeptem diphthongos, ſed decem quoque habuiſſe videri maiores queant.

De Æ Diphthongo regulæ quatuor.

Prima:

Georgius Macrop. Quæcunque à Græcis per αι ſcribuntur, eadem ſi à Latinis vſurpentur, per æ ſcribi ſolent.

Secunda.

Genitiuus ac datiuus ſingularis, nominatiuus quoque & vocatiuus pluralis numeri in prima declinatione terminantur in æ. Vt, huius & huic manticæ: Item hæ & o manticæ.

Appendix.

Conſimiliter in æ diphthongũ deſinunt pronomina fœminina pluralia: Hæ, ipſæ, iſtæ, illæ, meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, eæ, & eædem.

Excipiuntur autem quædam pronomina fœminina ſecundæ declinationis, Item nomina illa quæ ſequuntur ſecundam pronominum declinationem, habentque in genitiuo & datiuo ſingulari non æ diphthongum, ſed in genitiuo ïus, & in datiuo i. vt Iſta, iſtius, iſti: Vna, vnius, vni. Sed non vnæ, iſtæ, niſi more vetuſto.

Æ diphthongum habet quæ ſingulare fœmininum, & quæ plurale neutrum: ſicut & eius compoſita, quæcunque, quædam, quæpiam.

Item

Item hæc fœmininum singularis, atque hæc neutrum pluralis numeri.

Tertia:

Dictiones incœptæ à syllaba præ, & præcipuè composita cum præpositione præ, per æ diphthongum scribi debent. vt, Præter, prætor, præpono, prædiues, præpotens.

Exceptio.

Carent autem diphthongo sic incœptæ voces, in quibus præ natura corripitur. vt, Premo, preces, precor cum suis, Interpres cum suis obliquis, interpretor, pretium, &c. Nam in his pre per e monophthongum, non per æ diphthongum scribitur.

Quarta.

Deriuatiua Græca, in ëus apud nos finita, scribuntur per æ. vt ἀχαιὸς Achæus, σπουδεῖος Spondæus.

¶ Ex Orthographia Ioannis Tortellij, & eruditissimis Lexicis collecta quædam sylua vocabulorum habentium æ vel œ diphthongon ante plærasque literas; idque in prima, media, & vltima syllaba.

¶ Æ ante A in prima syllaba.

Æa, & Ææa.
Æacides.
Æacus.
Æamena, penult. produc.
Æana, vel Æanum.
Æanitis.
Æantion, vel Æantium.
Æas, huius Æantis.

Bæa,

Bæa, & Bæaca.
Cæa.
Gæa.
Mæa.
Mæander.
Pæan.
Pæantiades.
Pæantius.
Phæax.
Scæa.

Æ ante a in media, vel penult.

Aſtræa.
Aulæa.
Camelæa.
Dicæa.
Elæa.
Erythræa.
Galilæa.
Iudæa.
Pergæa.
Petræa.
Platæa, quod nomen Græci per *ει* diphthongon ſcribunt, potius quàm per *αι*.

Æ ante B, in prima.

Glæba.
Hæbudes.
Plæbes, vel plæbs, & inde facta.

Æ ante B, in media.

Perrhæbe.

Æ ante C, in prima ſyllaba.

Cæcias.
Cæcitas.
Cæcus, & Cæculus.
Cæcutio.
Cæco, as, cum ſuis cõpoſitis.
Cæcilia.
Cæcilianus.
Cæcilius.
Cæcinos.
Cæcubum.
Fæcis, & cæteri obliqui à Fæx.
Fæculentus.
Græcia,
Græcus,
Græculus,
Græcari.
Hæc fœmininum & neutrum.
Phæcaſius & Phæcaſiatus.
Quædam, Quæcunq;, Quæpiam, } *fœmin. ſingularia & neutra plu.*

Seculum rectiùs per E monophthongon iudicio doctorum hominum, quàm per æ diphthongon ſcribitur. Licet enim ab imperitis

Chalco-

Chalcographis cum diphthongo æ cudatur, & quamuis contra primitiui naturam producat primam syllabam, (siquidem à senex deducitur, cuius prior breuis est) tamen non recipit diphthongon. Neq; enim omnis longa admittit diphthongon.

¶ *Æ ante C, in media:*

Chamæleon.
Chamæcissus.
Chamæcerasi.
Gynæceum.

¶ *Æ ante D, in prima:*

Ædes.
Ædicula.
Ædilis.
Ædilitas.
Ædilitius.
Æditimus.
Æditu us.
Ædifico.
Ædificium.
Dædalus,
Dædaleus,a, um.
Hædus,
Hædulus,
Hædile.
Hædinus,a,um.

¶ Edo compositum cum E præpositione, & verbo do, prorsus respuit diphthongon.

Cædes.
Cædo.
Lædo.
Pædagogus,
Pædagogium.
Pædia.
Pædotribes,vel
Pædotriba, & cætera quæ veniunt à Græco nomine παῖς.
Pædor.
Phædra.
Tædet,
Tædium.

¶ *Æ ante D, in media:*

Cinædus,
Cinædicus.

¶ *Æ ante E, in principio & medio dictionis:*

Æeta,vel
Æetes.
Nisæe, vel
Nisæes.

¶ *Æ ante G, in syllaba prima:*

Æge.
Ægæa.
Ægæon.
Ægæum mare.

Ægates.
Æger,
Ægresco,
Ægrimonia,
Ægritudo,
Ægroto.
Ægeria.
Ægeus.
Ægiale.
Ægialia.
Ægialeus.
Ægialus.
Ægina.
Ægis.
Ægysthus.
Ægle.
Ægloga. Sed Ecloga caret diphthongo.
Ægon.
Ægonomus, & si alia fiunt à nomine αἴξ.
Ægyptus.
Pægma,

¶ Æ ante G, in media:

Panægyris,
Panægyricus.

¶ Æ ante I, & Y, in prima & media:

Cæyx.
Chaldæi.
Riphæi.
Sabæi.

¶ Æ ante L, in prima:

Ælana, vel
Ælanum.
Ælia,
Ælianus.
Ælurus.
Cælum,
Cælicola,
Cælites,
Cælestis,
Cælicus,
Cælitùs,
Cælebs,
Cælibatus.
Cælius.
Cælo, as, pro scalpo quidã sine diphthongo scribunt.
Cællo, cæculi.
Cælsus.

¶ Æ ante L, in media:

Chamælea,
Chamæleon.

¶ Æ ante M, in prima:

Æmathia.
Æmilia,
Aemilius,
Aemilianus.
Aeminius.
Aemonia.
Aemulor,
Aemulus.
Hæma, & quæ ab eo deducuntur, vt hæmor

morrhöis, & cętera.
Dæmon,
Dæmonium.
Cæmentum,
Cæmentarius.
Læmargia,
Læmargus.
¶ Æ ante M, in media:
Achæmenes.
Achæmia.
Achæmenides.
Chamæmeilum.
Cacodæmon.
Eudæmon.
Lacedæmon,
Lacedæmonius.
Stygodæmon.
Palæmon.
¶ Æ ante N, in prima:
Aenare.
Aenaria.
Aeneas,
Aeneades,
Aenëius,a,um:
Aenëis,
Aenëus,a,um.
Aenefis.
Aenigma.
Aenigmatiftes.
Aenna, & Aennum.
Aenobarbus.
Cænos.i.nouus.
Cænodoxia.
Mænalus,
Mænalius.
Mænas.
Chlæna.
Frænum,
Fræno.
Læna, pro vefte. Nam leno & lena, pro illis qui lupanaribus præfunt, fcribuntur per e monophthongon.
Nænia.
Tænia, Tæniola.
Tænarus.
¶ Æ ante N, in media:
Balæna.
Celænæ,arum.
Celæno.
Dracæna.
Hyæna.
Leæna.
Lacæna.
Encænia,orum.
Muræna,
Murænulæ.
Parænefis,
Paræneticus, a, um, ab ænefis.
¶ Æ ante O, in prima:
Aeola.
Aeolia,
Aeolides,

 Aeolus.

Æolus.
Æon.
Æos.
Gæon.
Gæorgius,&
Gæometra, cum reliquis à nomine γαῖα factis. Nam si fiant à γῆ, iam carent diphthongo.
Mæonia,
Mæonides.
Mæotis.
Pæon,
Pæonia.

¶ *Æ ante O, in media:*

Actæon.
Alcmæon.

¶ *Æ ante P, in prima & media:*

Æpea.
Æpolus,
Æpolium.
Æpytus.
Cæpe, nomen.
Sæpe, aduerbium.
Hypæpa.

¶ *Æ ante Q:*

Æquabilis,
Æquabiliter,
Æquabilitas.
Aequo.
Aequalis,
Aequalitas,
Aequaliter.
Aequus,
Aequitas,
Aequè.
Aequanimis,
Aequanimitas.
Aequilibris,
Aequilibrium.
Aequinoctium.
Aequiparo.
Aequipolleo.
Aequiualeo.
Aequor,
Aequoreus,a,um.

¶ *Æ ante R, in prima:*

Aera.
Aeramentum.
Aereus,
Aeratus.
Aerarium.
Aerugo, nomen. Nam Erugo verbum à rugis & ab E præpositione ductum, non patitur diphthongum.
χαῖρε.
Aerumna,
Aerumnosus.
Aerope.

Cæra,

Cæra,
Cæratus,
&
Cæreus, → *vsu potius quã ratione per æ diphthõ gũ ſcribũtur.*
Cæruleus, &
Cærulus, à cælo fiunt.
Cære.
Cærinthe.
Cærete.
Cæremoniæ.
Chærea.
Hærba.
Hæreo, cum ſuis.
Hæres,
Hæredipeta,
Hæreditas.
Hæreſis,
Hæreſiarcha,
Hæreticus.
Plærique,
Plærunque.
Sphæra,
Sphæriſterium.
Quæro,
Quærito.
Quærcus,
Quærnus,
Quærneus,
Quærceus, &
Quærcetum. → *à nõnullis cũ æ diphthõgo ſcribuntur.*

¶ Æ ante R, in media:

Aphæreſis,
Diæreſis,
Synæreſis. → ab αἱρῶ
Cythæra.
Cythæron.
Machæra.
Megæra.
Chimæra.
Neæra.

¶ Æ ante S, in prima:

Aes,
Aeſa.
Aeſacus.
Aeſapus.
Aeſapius.
Aeſculapius.
Aeſculus.
Aeſchynes.
Aeſchylus.
Aeſon.
Aeſopus,
Aeſopicus.
Aeſtimo,
Aeſtimatio.
Aeſtas,
Aeſtus.
Aeſtuo.
Aeſtiuo, as.
Aeſtiua, orum.
Aeſtiuus, a, um.
Aeſis, vnde
Aeſinates.
Aeſymnus.

Blæſus,
Blæſitas.
Cæſar,
Cæſarea,
Cæſaries.
Cæſtus.
Cæſius.
Cæſpes,
Cæſpito.
Cæſones.
Cæſus,a,um.
Cæſura.
Cæſtrum.
Læſus,a, um.
Læſtrigones.
Pæſtum,
Pæſtanus,a,um.
Phæſtus.
Præs.
Quæſo.
Quæſtio.
Quæſtor,
Quæſtura.

¶ Æ ante S, in media:

Anapæſtus.
Clitemnæſtra.
Palæſtra,
Palæſtricus,
Palæſtrita.

¶ Æ ante T, in prima:

Ætas.
Cæteri, æ,a.
Ætiologia, cum reliquis ab αἰτία deductis.
Æther,
Æthereus,
Æthra.
Æthiopia,
Æthiops.
Æthon.
Ætna.
Ætolia,
Ætolus.
Gætuli,
Gætulia.
Lætitia,
Lætor,
Lætus,a,um:
Lætamen,
Lætifico,
Lætificus,a,um:
Pætus.
Præter.
Prætor,
Prætorium,
Prætura.

¶ Æ ante T, in media:

Cynætha, vel
Cynæthum.
Diæta.
Diætetæ. De hac voce conſule Budæi commentarios in linguã Græcam.
Melanchlænii.

¶ *Æ ante V, vocalem:*

Achæus.
Alcæus.
Cretæus.
Corycæus.
Dodonæus.
Ennoſigæus.
Epicuræus.
Hebræus.
Hymenæus.
Hyblæus.
Iudæus.
Idumæus.
Lyæus.
Lilibæum.
Maccabæus.
Muſæus.
Nazaræus.
Pyræus.
Pharizæus.
Pygmæus.
Scarabæus.
Sigæum.
Telonæum.
Trophæum.
Zebedæus.

¶ *Æ ante V, conſonantem:*

Æua.
Æuum.
Coæuus,
Longæuus.
Læuis, pro planus.
Læuitas.
Læuigo.
Læuo.
Læuus.
Næuus.
Scæuus.
Sæuus.
Sæuio.
Deſæuio.

¶ *Æ ante X:*

Æx, αἴξ, id eſt, capra.
Fæx.

¶ *Æ in vltima ſyllaba:*

Papæ, & hæ dictiunculæ: Væ, præ, Næ, pro certè; Quibus additur Quæ, tum ſingulare fœmininum, tum plurale neutrum.

Cætera in æ finita require ſuprà, in ſecunda regula de diphthongo æ.

¶ De diphthongo œ, ante plæraſque literas.

¶ *Oe ante A, in ſyllaba prima:*
Oea.
Oeanthe.
Oeagrus.
¶ *Oe ante A, in penultima:*
Alpheſibœa.
Eubœa.
Melibœa.
Dianœa.
Metanœa.
¶ *Oe ante B, in prima:*
Bœbe, es.
Oebades.
Oebalia.
Oebalides.
Oebalus.
Phœbas, adis.
Phœbe, es.
Phœbus,
Phœbæus, a, um.
Rhœbus.
¶ *Oe ante* B, *in media:*
Amœbæus.
Corœbus.
¶ *Oe ante* C, *in prima:*
Mœchor.
Mœchus.
Oeconomia.
Oeconomus.
Oecumenicus, & plura alia compoſita à nomine οἶκος, id eſt, domus.
Oechalia.
Pœcile.
Pœcilaſium.
Stœchades.
Fœcundus,
Fœcunditas,
Fœcundo, as.
¶ *Oe ante C, in media:*
Diœceſis.
Monœcus.
Parœcus,
Parœcia, ab οἶκος.
Solœcus,
Solœciſmus.
¶ *Oe ante D, in prima:*
Oedipus.
Fœdus, a, um;
Fœditas,
Fœdo.
Fœdus, eris.
Fœdero,
Fœdifragus.
Lœdoria.

¶ *Oe ante D, in media:*

Comœdia.

Prosœdia, vt quidem meminit Calepinus. Sed alij vulgarem vsum sequentes malunt scribere Prosodia, sine diphthōgo.

Tragœdia.

Hodœdocus.

¶ *Oe ante E:*

Pœeessa,

Pœeessæus.

¶ *Oe ante L:*

Cœle,

Cœlos.

Cœlesyria.

Cœliacus, & plura alia à κοιλία.

Cœlostomia.

¶ Fœlix, fœlicitas, & fœliciter cum œ diphthongo excudūt Chalcographi putantes hæc à fœnore deduci: Sed peritiores malunt per e monophthongon scribere. Nec statim est digna diphthongo quæuis syllaba longa.

¶ *Oe ante M, in prima:*

Fœmina.

Fœmella,

Fœmineus,

Fœmininus.

Cœmiterium.

Lœmius.

Phœmon.

Pœmen.

Pœmandria.

Pœmaninum.

¶ *Oe ante M, in media:*

Parœmia,

Parœmiacus.

Proœmium.

¶ *Oe ante N, in prima:*

Oenopola,

Oenopolium.

Oenophorum,

Oenophorus, & alia quæ fiunt à nomine οἶνος.i.vinum.

Oena.

Oenanthia.

Oenarea.

Oeneus.

Oeniadæ.

Oenochema.

Oenochonus.

Oenoanda.

Oenoandrus.

Oenomaus.

Oenon.

Oenone.
Oenopides.
Oenops.
Oenotria,
Oenotrides.
Oenus.
Oenuntius.
Oenussa.
Cœna,
Cœnatus,a,um:
Cœno,
Cœnaculum,
Cœnatio,
Cœnum.
Cœnobium,
Cœnobita,
Epicœnum, & cætera à voce κοίνος venientia.
Chœnix.
Fœnus,
Fœnero, & or. Itē quæ ab his deducuntur.
Fœnum,
Fœniculum,
Fœnile,
Fœnisecium.
Mœnis, fluuii nomen.
Phœnix,
Phœnice,
Phœnicia.
Phœnissa.
Pœna.
Pœnus,a,um:
Pœnitentia,
Pœnitudo,
Pœnitet.
Schœnos,
Schœnismos,
Schœnobates,
Schœnoplocos.

¶ *Oe ante N, in media:*

Amœnus,a,um:
Amœnè,
Amœnitas.

¶ *Oe ante O, in prima:*

Oeon.
Oeos.
Bœotia,
Bœotus.

¶ *Oe ante O, in media:*

Epœus.
Machæropœus,
Catoptropœus,
Horologiopœus, & alia quæ à verbo ποιέω veniunt.
Homœosis,
Homœoteleuton,
Homœoptoton, & reliqua ab ὅμοιος deducta.

¶ Oe ante P, in prima:

Cœpi, defectiuum. Nã cepi à capio scribitur per e monophthongum.

Cœptus, a, um.

¶ Oe ante P, in media:

Incœptus, a, um:

Incœptio.

Hodœporicum,

Hodœporus.

Synalœpha.

¶ Oe ante R, in prima & media:

Chœrades.

Chœradeus.

Chœrilus.

Mœreo.

Mœror.

Mœris.

Pomœrium.

¶ Oe ante S:

Crœsus.

Mœsia.

Oesyme.

Oesypum.

Oestrum, &

Oestros.

¶ Oe ante T, in prima:

Oeta.

Oeteus, vel

Oetus.

Mœtius.

Oetylus.

Oethyni.

Cœtus, us, pro congregatione. Nam cetus pro belua nescit diphthongon.

Fœtor,

Fœteo, es:

Fœtidus.

Fœto, as.

Fœtus, us:

Fœtus, a, um.

Prœtus, &

Prœtides.

Rhœtus,

Rhœtëius, a, um.

Rhœtia,

Rhœtianus.

¶ Oe ante T, in media:

Damœtas.

Menœtis.

Menœtius.

Polypœtes.

¶ Oe ante V, in prima & media:

Cœus.

Melibœus.

Alphesibœus,

Alphesibœa.

Conopeum penultimam quidem pro-

ducit, ſed non poteſt hanc admittere diphthongon, cùm Græcè ſcribatur per ει, non per οι.

¶ Oe ante X, & Z.

Rhœxus.
Trœzen, diſſyllabum.
Trœzeſenij.

¶ Regula de œ, ex οι, vel ῳ.

¶ Quicquid denique per Græcã diphthongõ οι, vel ῳ ſcribitur; id ſi Latinitate donatum ſit, debet à nobis ſcribi per ſecundam noſtram diphthongon œ. vt οἰκονομία, Oeconomia, τραγῳδία Tragœdia. Sic Comœdia, & cætera. Sed ποιητὴς, ποίημα, quamuis à Græcis per οι diphthongum ſcribuntur, tamen à Latinis per o & e monophthongos exarantur & proferuntur.

Præmiſſis hiſce minutiis, vt puerili captui magis obuiis, ratio poſtulat, vt ad inſtitutum, vnde digreſſi ſumus, redeamus: vtque interualli modos proſequamur, & ea quæ his affinia ſunt.

¶ De diſtinctione.

Vt igitur ſeruata ſymmetriæ, id eſt, proportionis ratio (de qua ſuprà dictum eſt) nõ parum confert ad ſcripturæ decorem, ita recta diſtinctio, credi vix poteſt, quantum adferat lucis ad intelligendam ſententiam, vt non inſcitè quidam dixerit, Aptam diſtinctionem eſſe commentarii genus. A quo non multùm abludit Auſonius ſic inquiens:

Diſtinctio ſenſum
Auget, & ignauis dant interualla vigorem.

Diuus Auguſtinus libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite ſecundo:

Cùm verba propria faciunt ambiguam ſcri-

pturam, priùs prouidendum eſt, ne malè diſtinxerimus aut pronunciauerimus.

Indoctum vulgus omnem diſtinctionem vocat virgulam.

¶ *De variis diſtinguendi rationibus, hoc eſt, de Periodo, Commate, Colo, &c.*

¶ Periodus Latinè circumactum, aut concluſio dici queat, auctore Eraſmo Roterodamo.

Diomedes libro ſecundo:

Comma, inciſum: Colon, membrum nominamus.

Periodo plurima nomina dat Cicero, Ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. Hæc ille.

Periodus plenam, totam, & abſolutam enunciat ſententiam. Notatur autem puncto plano ad imam literam dictionis claudentis ſententiā, hoc modo . Id conſpectum dictat legēti maturam quandam pauſam poſt completam ſententiam.

Punctum autem à pungendo dicitur, quòd quaſi punctim ſcribatur.

Periodi partes ſunt Commata & Cola.

¶ Comma interpretatur inciſum vel inciſio, eſtque nomen verbale à paſſiuo verbo κόπτομαι. deductum, quod ſonat cædor aut ſecor.

Ab aliquibus Comma dicitur ſemipunctum, aut ſemicirculus.

Signatur autem Comma puncto inferiùs inflexo, ſeu auerſo ſemicirculo, ad hunc modum ,

Hæc notula ſenſu imperfecto, reſpiratiunculam lectori permittit.

Recentiores diligentioris euidentiorisque diſtin-

ſtinctionis cauſa hanc notam interdum vnico puncto ſic ſubſcribunt ; Quum videlicet cōtrariæ voces veniunt diſtinguendæ, vt: Docta, indocta;pia,impia; cæleſtia, terrena. Aut quando iam non contraria nomina occurſant, ſed verbis ita variatur ſententia, vt ſi comma interſcribas, parum ſit;ſi colon interponas,nimium videatur. Cuius rei exemplum ſit illud Ciceronis ad Torquatum : Et ſi ea perturbatio eſt omnium rerū, vt ſuæ quenque fortunæ maximè pœniteat ; nemoque ſit, quin vbiuis, quàm ibi, vbi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore bono viro, Romæ eſſe miſerrimum ſit.

¶ *Appendix de iis,quæ commati affinia ſunt. Cuiuſmodi ſunt: Diaſtole,ſeu Hypodiaſtole,Hypoſiſtole, vel Hypoſtigma.*

Admonendum itaque hic eſt,vt commata,ita & hypodiaſtolas & hypoſtigmas poſſe plures in eadem periodo incidere. Nam quemadmodum ea pars,quæ præcedit comma principale,aut etiā colon,poteſt habere plures minutas diſtinctiunculas,Ita & ea,quæ ſequitur. *Donatus:*

Diaſtole eſt dextera pars quædam circuli, ad imam literam appoſita,ita , . Hac nota malè cohærentia diſcernuntur, vt eſt: Ereptæ virginis, ira.&, Viridique in littore conſpicitur,ſus. Sic ille. Ne quis legat;conſpicit vrſus.

Habet Diaſtole formam Commatis.

Quintilianus libro vndecimo,capite tertio:

Hypodia-ſtole. Hypoſiſtole. Hypoſti-gma. Obſeruandum etiam quo loco ſuſtinendus & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, quod Græci ὑποδιαστολὴν, vel ὑποσυστολὴν, vel ὑποστιγμὴν vocant, quo deponendus ſuſpenditur.

¶ De

¶ *De Colo.*

¶ Colon Græcis idem eſt, quod nos membrum nominamus.

Vulgus literatorum ſeu Grammaticorum appellat duplex punctū,& aſſignatur hoc modo :

Id ſic abſoluit ſententiam , vt adhuc ad extremam eius plenitudinem conſtituendam,aliquid acceſſurum videatur.

Denique exemplum prędictarum notularum videas in illo celeberrimo Muſonii dicto : Si quid turpe feceris cū voluptate, voluptas abit, turpitudo manet:ſi quid honeſtè feceris cum labore,labor abit,honeſtas manet.

¶ *De Subunione, quæ Græcè Hyphen dicitur; Item de Apoſtropho, Diæreſi, Synæreſi, & aliis quibuſdam notulis paſſim obuiis.*

¶ Hyphen contrarium eſt Diaſtolæ.

Donatus:

Hyphen eſt virgula ſubiecta verſui,ita ‿.Latinè dicitur Subunio. Hac nota ſuperpoſita , duo verba (cū ita res exigit)copulamus.vt,Ante‿tūlit greſſum. &, Turnus vt ante‿uolans tardum præceſſerat agmen. *Cornelius Valerius:*

¶ Apoſtrophus nota eſt vocalis à fine dictionis reuulſæ,inſidens extremæ literæ.vt,Ain', viden',egon',pro Aiſne,vidéſne,egóne?

Donatus:

Apoſtrophos eſt circuli quædam pars, ſed ad ſummam literam appoſita ' .

Hac nota deeſſe oſtendimus parti orationis vltimam vocalem,cuius conſonans remanet . vt eſt : Tanton' me crimine dignum Duxiſti ? pro, Tantóne me.

Nicolaus

Nicolaus Clenardus in principio ſuarum Inſtitutionum in linguam Græcam:

Apoſtrophos, nota eſt reiectæ vocalis α, ε, ο, ι; aut diphthongi αι, οι. Quod fit ob ſequentem vocalem, quæ ſi aſpiretur, migrat precedens tenuis in aſpiratam. Cuius rei ſpecimen eodem loco ponitur ob oculos.

Donatus:

¶ Diæreſis eſt diuiſio vnius ſyllabæ in duas. vt: Olli reſpondit rex Albäi longäi, pro Albæ longæ. Et,

Auläi in medio libabant pocula Bacchi, pro aulæ. Et,

Diues equûm, diues pictäi veſtis & auri: pro pictæ. Hactenus ille.

Hæc figura reſoluit diphthongon, aut vnam aliquam ſyllabam, in duas diſtinctas vocales, ſyllabáſue, quarum altera notatur duobus in apice punctis. Vnde in carmine reperimus cläuſo & gäudet triſyllaba ex diſſyllabis. Itemque ſoluïſſe & voluïſſe tetraſyllaba ex triſyllabis, à ſoluo & voluo.

Catullus:

Verboſa gäudet Venus loquela. Et,
Si linguam cläuſo tenes in ore.

Ouidius:

Debuerant fuſos euoluïſſe ſuos.

Idem:

In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes,
Ne temerè in medijs diſſoluäntur aquis.

¶ Sic poſitis duobus in apice punctis, äer facit ſingularem accuſatiuum äera triſyllabum, vt differat à plurali voce æra, à nomine æs.

Donatus:

Donatus:

¶ Synæresis, contraria Diæresi, est conglutinatio duarum syllabarum in vnam. vt, Phæton, pro Phäeton: æripidem, pro äeripidem.

¶ De Asteriscis & Obeliscis.

¶ Asteriscis, id est, stellulis; & Obeliscis, hoc est, minutis verubus olim vtebantur. Sic legimus Aristarchum Homeri carmina in corpus redegisse, atque in libros digessisse: & versus nothos, id est, adulterinos & subdititios, qui non viderentur sapere venã illam Homericam, Obeliscis prænotatis damnasse: Contrà verò qui viderentur insignes ac genuini, Asteriscis illustrasse.

Diuus Hieronymus Augustino:

Quod in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris Canonicis interpretatio Asteriscos habeat & virgulas prænotatas, & pòst aliam translationẽ absque his signis ediderim, pace tua dixerim, videris mihi nõ intelligere quod quæsisti.

¶ De Limnisco & Sublimnisco.

Diuus Epiphanius Episcopus Constantiæ.

¶ Limniscus est linea vna in medio duorum punctorum aut notarum posita, ita vt vnus punctus supernè sit, alter infernè.

Et notatur sic ÷.

¶ Sublimniscus est linea obeli figuram habens, & subiectum habens punctum siue notã. Is notatur sic ⸚.

Origenes in diuinæ scripturæ interpretibus quomodo sit vsus his aliisque notis, refert Epiphanius in suo libello de mensuris & ponderibus, deque Asterisco & Obelisco, &c.

Porrò in tradendis hisce notis in scribendo,

deque ſilentii modis in pronunciando, atque de morulis reſpirationum, (quæ certa arte tradi nõ poſſunt) non admodum conſentiunt Grammatici. Nec perpetuum eſt, quod tradũt. Nec enim ſemper æquale ſilentium dirimit comma à commate, nec colon à colo, nec quamuis periodum ſequitur æquè prolixa reſpiratio.

Hic id agitur, vt puer arceatur à more quorundam, qui totum ſermonem aut ſola virgula paſſim diſtinguunt, aut malè, aut omnino non diſtinguunt: quique perpetua linguæ volubilitate, & (vt Græci dicunt) ἀπνευστὶ, id eſt, abſque interſpiratione pronunciant.

¶ De ſignis quibus Interrogatio & Parentheſis notantur.

¶ De Interrogatione.

Duobus punctis quorum inferius fluat deorſum, ſignatur Græcorum Interrogatio, in hunc modum ;

Latini Interrogationem ſignant nota Græcorum inuerſa, hoc pacto ? vt, Cuium pecus ? an Melibœi?

Hic exiſtit ſcrupulus, quæ ſit vera Interrogatio. Quoties enim negamus per Interrogationem, quidam non putant addendam interrogandi notam. Multò autem minus, quando percontandi ſpecie dubitamus aut miramur. Hæc differentia videtur & alteram notam deſiderare, quæ ſic fingi poſſet vnico puncto ſurſum inflexo ?.

¶ De Parentheſi.

Quintilianus libro nono, capite tertio:

Parentheſis Græcè vocatur, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interuenit.

nit. Nos interpositionem vel interclusionem dicimus.

Ea signatur lunulis duabus dimidiatis, aut semicirculis, ( ).

Exemplum & Interrogationis & Parentheseos:

Si mihi carissime nepos daretur optio, malim breuem vitam cum honestate, quàm longam cum infamia. Propterea quod nulli mortalium vita longa possit cõtingere, memoria verò, (quæ vera est hominis vita) in multa secula porrigatur. Quid verò humana vita fugacius? Contrà, quot seculorũ milibus quorũdam fama durat?

¶ *Appendix prima de diuidendis syllabis, ac dictionibus, quæ malè coniũgerentur, deq; diuisionis nota.*

Cornelius Valerius:

Tres assignantur regulæ vel obseruationes diuisionis.

Prima.

Consonantes, quæ in principio dictionis coniungi possunt, in medio seiungendæ non sunt. vt, Venustas. Nam & stare, & studium dicitur. Est igitur in hoc nomine tertia syllaba, stas: & in voluptas, ptas. Nam ptisana & Ptolemæus dicitur. In senectus, tertia syllaba est, ctus: In proximus & maximus, secunda est, xi.

Secunda.

Vnica inter duas vocales consonans posteriori coniungitur. vt, Amo, emo, ego.

Tertia.

Quæ composita sunt, in iis vnaquæque pars per se ponitur. vt, Abs‿temius, abs‿tineo, ne‿scio, præter‿eo, re‿spondeo, ab‿oleo, &c.

Diuiſio ſignatur in fine verſus per geminatam notam longi accentus,hoc modo =.

¶ *Paradigmata ex Orthographia Venerabilis Bedæ:*

Ægyptum,cùm in ſcriptura diuidere vis,p ſequenti ſyllabæ iunges: Aſpectum,c ſequenti ſyllabæ.

Similiter faciendum eſt in his ſequentibus, & conſimilibus: Affectus, afflictus, conſpectus, defunctus,fructus,factus, & fictus,ſanctus.

Columna, cùm in ſcripto diuidenda eſt, in ſequenti ſyllaba nectis m.

Calumnia ſimiliter,Cæteráque huiuſmodi.

Maieſtas, cùm ſcribis vel dicis, ſ, ſequenti ſyllabæ complicari debet.

Prægnantem,cùm ſcripto diuidis, g ſecundæ ſyllabæ nectis.

Pignus & pugna ſimiliter.

Item cùm dicis vel ſcribis, ſolemnis vel ſomnium.Hactenus fermè Beda.

Priſcianus libro ſecundo, de ſyllaba:

Non plures, quàm tres conſonantes antecedere vocalem, nec rurſus niſi tres in eadem ſyllaba conſequi poſſunt.

Sed tamen hoc notandum eſt:

Quòd ſi antecedant tres conſonantes, non poſſunt niſi duę conſequi vocalẽ.vt,monſtrans.

Et iterum:

Si conſequantur trés, non poſſunt antecedere niſi duæ. vt,ſtirps.

Si antecedens ſyllaba terminet in conſonantem, neceſſe eſt etiam ſequentem à conſonante incipere. vt,artus,ille, arduus. Niſi ſit compoſitum.

tum. vt, Abeo, adeo, pereo.

Quia omnis consonans posita inter duas vocales in eadem dictione simplici, cum sequente vocali est iungenda. vt, Pater. Pa, & ter, sunt distinctæ syllabæ.

Herodianus tamen de Orthographia ostendit rationabilius esse, sonoriusque, quantum ad ipsam vocis probationem, in compositis quoq; simplicium regulam in ordinandis syllabarum literis seruare. Huc vsque ille fermè.

Iacobus Marinus:

Quæcunq; consonantes in principio dictionis connectuntur, in medio non sunt separandæ. Quod intellige de simplici. vt in Probrum, b & r non separantur, quia cōnectuntur in Breuis. Sic in Omnis, m & n non separantur, quia connectuntur in Mna.

Ita agrestis, quia grauis: duplex, quia plebs: astrum, quia stratum: Pestis, quia stips.

Sed in Sanctus, n non connectitur cum ct. Quia nulla est dictio ab nct incipiens.

Neque in Vncus, quia non est vlla vox ab nc incipiens.

Eædem consonantes nunquam connectuntur in eadem syllaba. Igitur bellum, terra, lippus, soccus, & similia semper separantur.

Aldus Manutius Pauli F. in sua Orthographia:

In simplicibus verbis aperta est diuisionis cognitio, nisi si quis ita hebeti ingenio est, vt syllabas ipsas non internoscat.

In compositis autem plus requiritur industriæ. Quo de genere nihil potest præcipi, si

Oenone.
Oenopides.
Oenops.
Oenotria,
Oenotrides.
Oenus.
Oenuntius.
Oenussa.
Cœna,
Cœnatus,a,um:
Cœno,
Cœnaculum,
Cœnatio,
Cœnum.
Cœnobium,
Cœnobita,
Epicœnum, & cætera à voce κοίνος venientia.
Chœnix.
Fœnus,
Fœnero, & or. Itē quæ ab his deducuntur.
Fœnum,
Fœniculum,
Fœnile,
Fœnisecium.
Mœnis, fluuii nomen.
Phœnix,
Phœnice,
Phœnicia.
Phœnissa.
Pœna.
Pœnus,a,um:
Pœnitentia,
Pœnitudo,
Pœnitet.
Schœnos,
Schœnismos,
Schœnobates,
Schœnoplocos.

¶ Oe ante N, in media:

Amœnus,a,um:
Amœnè,
Amœnitas.

¶ Oe ante O, in prima:

Oeon.
Oeos.
Bœotia,
Bœotus.

¶ Oe ante O, in media:

Epœus.
Machæropœus,
Catoptropœus,
Horologiopœus, & alia quæ à verbo ποιέω veniunt.
Homœosis,
Homœoteleuton,
Homœoptoton, & reliqua ab ὅμοιος deducta.

¶ Oe

¶ Oe ante P, in prima:

Cœpi, defectiuum. Nã cepi à capio scribitur per e monophthongum.

Cœptus, a, um.

¶ Oe ante P, in media:

Incœptus, a, um:

Incœptio.

Hodœporicum,

Hodœporus.

Synalœpha.

¶ Oe ante R, in prima & media:

Chœrades.

Chœradeus.

Chœrilus.

Mœreo.

Mœror.

Mœris.

Pomœrium.

¶ Oe ante S:

Crœsus.

Mœsia.

Oesyme.

Oesypum.

Oestrum, &

Oestros.

¶ Oe ante T, in prima:

Oetà.

Oeteus, vel

Oetus.

Mœtius.

Oetylus.

Oethyni.

Cœtus, us, pro congregatione. Nam cetus pro belua nescit diphthongon.

Fœtor,

Fœteo, es:

Fœtidus.

Fœto, as.

Fœtus, us:

Fœtus, a, um.

Prœtus, &

Prœtides.

Rhœtus,

Rhœtëius, a, um.

Rhœtia,

Rhœtianus.

¶ Oe ante T, in media:

Damœtas.

Menœtis.

Menœtius.

Polypœtes.

¶ Oe ante V, in prima & media:

Cœus.

Melibœus.

Alphesibœus,

Alphesibœa.

Conopeum penultimam quidem pro-

ducit, ſed non poteſt hanc admittere diphthongon, cùm Græcè ſcribatur per *ει*, non per *οι*.

¶ *Oe ante X, & Z.*
Rhœxus.
Trœzen, diſſyllabum.
Trœzeſenij.

¶ *Regula de œ, ex οι, vel ῳ.*

¶ Quicquid denique per Græcā diphthongō *οι*, vel *ῳ* ſcribitur; id ſi Latinitate donatum ſit, debet à nobis ſcribi per ſecundam noſtram diphthongon œ. vt *οἰκονομία*, Oeconomia, *τραγῳδία* Tragœdia. Sic Comœdia, & cætera. Sed *ποιητὴς*, *ποίημα*, quamuis à Græcis per *οι* diphthongum ſcribuntur, tamen à Latinis per o & e monophthongos exarantur & proferuntur.

Præmiſſis hiſce minutiis, vt puerili captui magis obuiis, ratio poſtulat, vt ad inſtitutum, vnde digreſſi ſumus, redeamus: vtque interualli modos proſequamur, & ea quæ his affinia ſunt.

¶ *De diſtinctione.*

Vt igitur ſeruata ſymmetriæ, id eſt, proportionis ratio (de qua ſuprà dictum eſt) nō parum confert ad ſcripturæ decorem, ita recta diſtinctio, credi vix poteſt, quantum adferat lucis ad intelligendam ſententiam, vt non inſcitè quidam dixerit, Aptam diſtinctionem eſſe commentarii genus. A quo non multùm abludit Auſonius ſic inquiens:

Diſtinctio ſenſum
Auget, & ignauis dant interualla vigorem.

Diuus Auguſtinus libro tertio de doctrina Christiana, capite ſecundo:

Cùm verba propria faciunt ambiguam ſcri-

ptu-

pturam, priùs prouidendum est, ne malè distinxerimus aut pronunciauerimus.

Indoctum vulgus omnem distinctionem vocat virgulam.

¶ *De variis distinguendi rationibus, hoc est, de Periodo, Commate, Colo, &c.*

¶ Periodus Latinè circumactum, aut conclusio dici queat, auctore Erasmo Roterodamo.

Diomedes libro secundo:

Comma, incisum: Colon, membrum nominamus.

Periodo plurima nomina dat Cicero, Ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Hæc ille.

Periodus plenam, totam, & absolutam enunciat sententiam. Notatur autem puncto plano ad imam literam dictionis claudentis sententiã, hoc modo . Id conspectum dictat legẽti maturam quandam pausam post completam sententiam.

Punctum autem à pungendo dicitur, quòd quasi punctim scribatur.

Periodi partes sunt Commata & Cola.

¶ Comma interpretatur incisum vel incisio, estque nomen verbale à passiuo verbo κόπτομαι deductum, quod sonat cædor aut secor.

Ab aliquibus Comma dicitur semipunctum, aut semicirculus.

Signatur autem Comma puncto inferiùs inflexo, seu auerso semicirculo, ad hunc modum ,

Hæc notula sensu imperfecto, respiratiunculam lectori permittit.

Recentiores diligentioris euidentiorisque di-

stin-

ſtinctionis cauſa hanc notam interdum vnico puncto ſic ſubſcribunt ; Quum videlicet cõtrariæ voces veniunt diſtinguendæ, vt: Docta, indocta;pia,impia; cæleſtia, terrena. Aut quando iam non contraria nomina occurſant, ſed verbis ita variatur ſententia, vt ſi comma interſcribas, parum ſit;ſi colon interponas,nimium videatur. Cuius rei exemplum ſit illud Ciceronis ad Torquatum: Et ſi ea perturbatio eſt omnium rerũ, vt ſuæ quenque fortunæ maximè pœniteat; nemoque ſit, quin vbiuis, quàm ibi, vbi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore bono viro, Romæ eſſe miſerrimum ſit.

¶ *Appendix de iis,quæ commati affinia ſunt. Cuiuſmodi ſunt: Diaſtole,ſeu Hypodiaſtole,Hypoſiſtole, vel Hypoſtigma.*

Admonendum itaque hic eſt,vt commata,ita & hypodiaſtolas & hypoſtigmas poſſe plures in eadem periodo incidere. Nam quemadmodum ea pars,quæ præcedit comma principale,aut etiã colon,poteſt habere plures minutas diſtinctiunculas,Ita & ea,quæ ſequitur. *Donatus:*

Diaſtole eſt dextera pars quædam circuli, ad imam literam appoſita,ita , . Hac nota malè cohærentia diſcernuntur, vt eſt: Ereptæ virginis, ira. &, Viridique in littore conſpicitur,ſus. Sic ille. Ne quis legat;conſpicit vrſus.
Habet Diaſtole formam Commatis.

Quintilianus libro vndecimo,capite tertio:

ypodia- le Obſeruandum etiam quo loco ſuſtinendus & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, quod Græci ὑπο-
poſiſtole. διαστολὴν, vel ὑποσυστολὴν, vel ὑποστιγμὴν vocant,quo
yposti- ma. deponendus ſuſpenditur.

¶ De

¶ *De Colo.*

¶ Colon Græcis idem est, quod nos membrum nominamus.

Vulgus literatorum seu Grammaticorum appellat duplex punctū,& assignatur hoc modo :

Id sic absoluit sententiam , vt adhuc ad extremam eius plenitudinem constituendam,aliquid accessurum videatur.

Denique exemplum prędictarum notularum videas in illo celeberrimo Musonii dicto: Si quid turpe feceris cū voluptate; voluptas abit, turpitudo manet:si quid honestè feceris cum labore,labor abit,honestas manet.

¶ *De Subunione, quæ Græcè Hyphen dicitur; Item de Apostropho, Diæresi, Synæresi, & aliis quibusdam notulis passim obuiis.*

¶ Hyphen contrarium est Diastolæ.

Donatus:

Hyphen est virgula subiecta versui,ita ‿.Latinè dicitur Subunio. Hac nota superposita , duo verba(cū ita res exigit)copulamus.vt,Ante‿tulit gressum. &, Turnus vt ante‿uolans tardum præcesserat agmen. *Cornelius Valerius:*

¶ Apostrophus nota est vocalis à fine dictionis reuulsæ,insidens extremæ literæ.vt,Ain', viden',egon',pro Aisne,vidésne,egóne?

Donatus:

Apostrophos est circuli quædam pars, sed ad summam literam apposita ' .

Hac nota deesse ostendimus parti orationis vltimam vocalem,cuius consonans remanet . vt est: Tanton' me crimine dignum Duxisti? pro, Tantóne me.

Nicolaus

Nicolaus Clenardus in principio suarum Institutionum in linguam Græcam:

Apostrophos, nota est reiectæ vocalis α, ε, ο, ι; aut diphthongi αι, οι. Quod fit ob sequentem vocalem, quæ si aspiretur, migrat pręcedens tenuis in aspiratam. Cuius rei specimen eodem loco ponitur ob oculos.

Donatus:

¶ Diæresis est diuisio vnius syllabæ in duas. vt: Olli respondit rex Albäi longäi, pro Albæ longæ. Et,

Auläi in medio libabant pocula Bacchi, pro aulæ. Et,

Diues equûm, diues pictäi vestis & auri: pro pictæ. Hactenus ille.

Hæc figura resoluit diphthongon, aut vnam aliquam syllabam, in duas distinctas vocales, syllabasue, quarum altera notatur duobus in apice punctis. Vnde in carmine reperimus cläuso & gäudet trisyllaba ex dissyllabis. Itemque soluïsse & voluïsse tetrasyllaba ex trisyllabis, à soluo & voluo.

Catullus:

Verbosa gäudet Venus loquela. Et,
Si linguam cläuso tenes in ore.

Ouidius:

Debuerant fusos euoluïsse suos.

Idem:

In caua ducuntur quassæ naualia puppes,
Ne temerè in medijs dissoluäntur aquis.

¶ Sic positis duobus in apice punctis, äer facit singularem accusatiuum äera trisyllabum, vt differat à plurali voce æra, à nomine æs.

Donatus:

Donatus:

¶ Synæresis, contraria Diæresi, est conglutinatio duarum syllabarum in vnam. vt, Phæton, pro Phäeton: æripidem, pro äeripidem.

¶ De Asteriscis & Obeliscis.

¶ Asteriscis, id est, stellulis: & Obeliscis, hoc est, minutis verubus olim vtebantur. Sic legimus Aristarchum Homeri carmina in corpus redegisse, atque in libros digessisse: & versus nothos, id est, adulterinos & subdititios, qui non viderentur sapere venã illam Homericam, Obeliscis prænotatis damnasse: Contrà verò qui viderentur insignes ac genuini, Asteriscis illustrasse.

Diuus Hieronymus Augustino:

Quod in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris Canonicis interpretatio Asteriscos habeat & virgulas prænotatas, & pòst aliam translationē absque his signis ediderim, pace tua dixerim, videris mihi nō intelligere quod quęsisti.

¶ De Limnisco & Sublimnisco.

Diuus Epiphanius Episcopus Constantiæ.

¶ Limniscus est linea vna in medio duorum punctorum aut notarum posita, ita vt vnus punctus supernè sit, alter infernè.

Et notatur sic ∸.

¶ Sublimniscus est linea obeli figuram habens, & subiectum habens punctum siue notã. Is notatur sic ⨪.

Origenes in diuinæ scripturæ interpretibus quomodo sit vsus his aliisque notis, refert Epiphanius in suo libello de mensuris & ponderibus, deque Asterisco & Obelisco, &c.

Porrò in tradendis hisce notis in scribendo,

déque ſilentii modis in pronunciando, atque de morulis reſpirationum, (quæ certa arte tradi nõ poſſunt) non admodum conſentiunt Grammatici. Nec perpetuum eſt, quod tradũt. Nec enim ſemper æquale ſilentium dirimit comma à commate, nec colon à colo, nec quamuis periodum ſequitur æquè prolixa reſpiratio.

Hic id agitur, vt puer arceatur à more quorundam, qui totum ſermonem aut ſola virgula paſſim diſtinguunt, aut malè, aut omnino non diſtinguunt: quique perpetua linguæ volubilitate, & (vt Græci dicunt) ἀπνευστὶ, id eſt, abſque interſpiratione pronunciant.

¶ De ſignis quibus Interrogatio & Parentheſis notantur.

¶ De Interrogatione.

Duobus punctis quorum inferius fluat deorſum, ſignatur Græcorum Interrogatio, in hunc modum ;

Latini Interrogationem ſignant nota Græcorum inuerſa, hoc pacto ? vt, Cuium pecus ? an Melibœi?

Hic exiſtit ſcrupulus, quæ ſit vera Interrogatio. Quoties enim negamus per Interrogationem, quidam non putant addendam interrogandi notam. Multò autem minus, quando percontandi ſpecie dubitamus aut miramur. Hæc differentia videtur & alteram notam deſiderare, quæ ſic fingi poſſet vnico puncto ſurſum inflexo ?.

¶ De Parentheſi.

Quintilianus libro nono, capite tertio:

Parentheſis Græcè vocatur, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interue-

nit.

nit. Nos interpoſitionem vel intercluſionem dicimus.

Ea ſignatur lunulis duabus dimidiatis, aut ſemicirculis, ( ).

Exemplum & Interrogationis & Parentheſeos:

Si mihi cariſſime nepos daretur optio, malim breuem vitam cum honeſtate, quàm longam cum infamia. Propterea quod nulli mortalium vita longa poſſit cõtingere, memoria verò, (quæ vera eſt hominis vita) in multa ſecula porrigatur. Quid verò humana vita fugacius? Contrà, quot ſeculorũ milibus quorũdam fama durat?

¶ *Appendix prima de diuidendis ſyllabis, ac dictionibus, quæ malè coniũgerentur, deq; diuiſionis nota.*

Cornelius Valerius:

Tres aſſignantur regulæ vel obſeruationes diuiſionis.

Prima.

Conſonantes, quæ in principio dictionis coniungi poſſunt, in medio ſeiungendæ non ſunt. vt, Venuſtas. Nam & ſtare, & ſtudium dicitur. Eſt igitur in hoc nomine tertia ſyllaba, ſtas: & in voluptas, ptas. Nam ptiſana & Ptolemæus dicitur. In ſenectus, tertia ſyllaba eſt, ctus: In proximus & maximus, ſecunda eſt, xi.

Secunda.

Vnica inter duas vocales conſonans poſteriori coniungitur. vt, Amo, emo, ego.

Tertia.

Quæ compoſita ſunt, in iis vnaquæque pars per ſe ponitur. vt, Abſ‿temius, abſ‿tineo, neſcio, præter‿eo, re‿ſpondeo, ab‿oleo, &c.

Diuiſio ſignatur in fine verſus per geminatam notam longi accentus, hoc modo =.

¶ *Paradigmata ex Orthographia Venerabilis Bedæ:*

Ægyptum, cùm in ſcriptura diuidere vis, p ſequenti ſyllabæ iunges: Aſpectum, c ſequenti ſyllabæ.

Similiter faciendum eſt in his ſequentibus, & conſimilibus: Affectus, afflictus, conſpectus, defunctus, fructus, factus, & fictus, ſanctus.

Columna, cùm in ſcripto diuidenda eſt, in ſequenti ſyllaba nectis m.

Calumnia ſimiliter, Cæteraque huiuſmodi.

Maieſtas, cùm ſcribis vel dicis, ſ, ſequenti ſyllabæ complicari debet.

Prægnantem, cùm ſcripto diuidis, g ſecundæ ſyllabæ nectis.

Pignus & pugna ſimiliter.

Item cùm dicis vel ſcribis, ſolemnis vel ſomnium. Hactenus fermè Beda.

Priſcianus libro ſecundo, de ſyllaba:

Non plures, quàm tres conſonantes antecedere vocalem, nec rurſus niſi tres in eadem ſyllaba conſequi poſſunt.

Sed tamen hoc notandum eſt:

Quòd ſi antecedant tres conſonantes, non poſſunt niſi duę conſequi vocalẽ. vt, monſtrans.

Et iterum:

Si conſequantur très, non poſſunt antecedere niſi duæ. vt, ſtirps.

Si antecedens ſyllaba terminet in conſonantem, neceſſe eſt etiam ſequentem à conſonante incipere. vt, artus, ille, arduus. Niſi ſit compoſitum.

tum.vt, Abeo, adeo, pereo.

Quia omnis consonans posita inter duas vocales in eadem dictione simplici, cum sequente vocali est iungenda.vt,Pater. Pa, & ter, sunt distinctæ syllabæ.

Herodianus tamen de Orthographia ostendit rationabilius esse,sonoriusque, quantum ad ipsam vocis probationem, in compositis quoq; simplicium regulam in ordinandis syllabarum literis seruare. Hinc vsque ille fermè.

Iacobus Marinus:

Quæcunq; consonantes in principio dictionis connectuntur, in medio non sunt separandæ.Quod intellige de simplici. vt in Probrum, b & r non separantur, quia cõnectuntur in Breuis.Sic in Omnis, m & n non separantur, quia connectuntur in Mna.

Ita agrestis, quia grauis: duplex, quia plebs: astrum,quia stratum:Pestis,quia stips.

Sed in Sanctus, n non connectitur cum ct. Quia nulla est dictio ab nct incipiens.

Neque in Vncus, quia non est vlla vox ab nc incipiens.

Eædem consonantes nunquam connectuntur in eadem syllaba. Igitur bellum, terra, lippus,soccus, & similia semper separantur.

Aldus Manutius Pauli F.in sua Orthographia:

In simplicibus verbis aperta est diuisionis cognitio,nisi si quis ita hebeti ingenio est,vt syllabas ipsas non internoscat.

In compositis autem plus requiritur industriæ. Quo de genere nihil potest præcipi, si

ignoretur vnde verba ſint compoſita.

Quòd ſi compoſitionis origo pateat, ſimul diuiſio ſyllabarum patebit. Sic ſpecto duabus ſyllabis ita diuido, ſpe cto, non ſpec to. Id cognoſcitur in verbo primitiuo ſpecio, à cuius ſupino deriuatum eſt ſpecto.

Item diſtringo, multi prauè ſic diuidunt, diſ-tringo, cùm ſit diuidendum hoc modo: di ſtringo. Siquidem à di & ſtringo manifeſtè componitur.

Cæterùm nemo hic miretur, quòd de re eadem plurium opiniones cōgeſſerimus. Id enim ideo fecimus, vt ex collatis diuerſorum cenſuris puero accederet pluſculū lucis & perſpicuitatis.

In hunc vſum profuerit diligenter legiſſe M. Varronem de lingua latina, Feſtum Pompeium, Lactantii quædam, Aulum Gellium, Macrobiū, Angelum Politianū in Miſcellaneis, Eraſmum Roterodamum vbi vocū rationes explicat, Opuſcula Ioannis Murmellij de Compoſitis verborum, deque verbis communibus & deponentibus. Item quoſlibet alios Etymologicos ac Lexicographos à doctis approbatos.

Vtiliſſimum verò fuerit, eruditiſſimos audire præceptores, ex quibus veras origines & deriuationes vocum, ipſarumque incrementa, pondera, ac momenta diſcere liceat.

¶ *De Accentu ac tempore, deq; notulis eorundem, appendix ſecunda.*

¶ *Accentus quid ſit.*

Accentus eſt rectè pronunciandi ratio. Siquidem ſubſeruit, non ſolùm ſcriptioni, ſed etiam lectioni ſeu pronunciationi. Vitanda enim eſt (vt

inquit Fabius libro vndecimo, capite tertio) illa μονοτονία, id est, vna quædam spiritus ac toni intensio.

Id quod & Ausonius admonet his verbis:

Tu flexu, & acumine vocis
Innumeros numeros doctis accentibus effer,
Affectusq; impone legens.

Diomedes libro secundo.

Accentus est acutę, vel grauis, vel inflexæ orationis elatio: vocisue intensio, vel inclinatio, aut inflexio, sono regens verba. Nam vt nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla est.

Et est accentus (vt quidam rectè putauerunt) velut anima vocis.

A. Gellius lib. decimotertio, cap. sexto:

Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti, tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

¶ *Accentus & προσῳδία vnde dicantur:*

Accentus dictus est ab accinendo, quòd sit quasi quidam cuiusque syllabæ cantus.

προσῳδία apud Græcos dicitur, quòd προσάδεται ταῖς συλλαβαῖς.

Accentus quidam fastigia vocauerunt, quòd capitibus literarum adponerentur.

Tenores vel tonos alii, nonnulli acumina diffiniri maluerunt.

¶ *Accentus quotuplex sit, & quæ ipsius notæ.*
Diomedes:

Sunt verò accentus tres, acutus, grauis,

& qui ex duobus factus est, circumflexus.

Ex his acutus in correptis semper, interdum productis syllabis versatur: Inflexus in his, quæ producuntur. Grauis autem per se nunquã consistere in vllo verbo potest, sed in his, in quibus inflexus est aut acutus, cæteras syllabas obtinet.

Donatus:

Acutus accentus, est nota per obliquũ ascendens in dexteram partem, ita ´.

Grauis, nota à summo in dexteram partem descendens, ita `.

Circumflexus, nota de acuto & graui facta, ita ˜.

¶ De vsu accentuum.

Donatus:

Sanè Græca verba Græcis accentibus meliùs efferimus,

In Latinis nunquam acutus accentus in vltima syllaba poni potest, nisi discretionis causa, vt in aduerbio ponè, ne verbum Imperatiui modi esse putetur.

Neque circumflexus, nisi in ea particula, quæ est ergô.

Erasmus Roterodamus in Dialogo de Pronunciatione non probat quorundam morosam diligentiam, qui Græcorum exemplo Latinis dictionibus asscribunt spiritus, & tonos; ac præter illorum exemplum, porrectionis aut correptionis notas addunt.

Quare quibusdam displicet Ambrosij Calepini Lexicon, postremò adauctum, tum quòd singulæ syllabæ vocum habeant suprà scriptum vel productionis vel contractionis signum, tum

quòd plurimis locis ineptè ſignum ſit appoſitum, videlicet longum pro breui, aut breue pro longo. Vnde ſæpè dictio Latina, fit illatina.

Aldus Manutius Pauli F.

Græcæ linguæ potiùs quàm Latinæ videntur accentus conuenire. Quòd ſi quando recipiendi, tunc videlicet, cùm ſententiam patefaciunt. Ideoque doctis quibuſdam viris aſſentior, qui quòd & quàm, ne pronomina viderentur, interdum apice ſupraſcripto notabant. Hæc ille.

Accentuum notas diligentia ſcribarum cœpit in Latinis dictionibus vſurpare.

Quintilianus libro primo, capite decimo:

Iam ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos, ſic docere, ac loqui, vt propter quædam vocum diſcrimina, verbũ interim acuto ſono finiant.

¶ *Tempus quid ſit, & quibus conſtet.*

Tempus nihil aliud eſt, quàm pronunciationis mora.

Lõga ſyllaba duo habet tempora, breuis vnũ.

Donatus itaque ad tempus reſpiciens conſtituit accentum longum & breuem.

Longus (inquit) eſt linea à ſiniſtra in dexteram partem æqualiter ducta, fit ita –.

Breuis eſt virgula ſimiliter iacens, ſed panda à ſuperiori, atque contractior, fit ita ᴗ. Eodem videlicet modo, quo Græci pingunt υ pſylon minuſculum.

¶ *De iis, quæ accentu vel tempore diſtinguuntur: Eraſmus Roterodamus in dialogo de Pronunciatione:*

Signare temporum minutias, nimis curio-

ſum mihi videtur. Tonos, & productiones, aut correptiones in his notare, in quibus cauſa quæpiam hortatur, probo.

Adferunt autem huius rei cauſas potiſſimum tres, diſtinctionem, ambiguitatem, & neceſſitatem.

Diſtinctio & Ambiguitas, quarum illa videtur habere locú in vnica dictione, altera in duabus, pluribúſue, ſuadet addi notam mutari accentus. vt quum dicimus, Ponè ratem, vltimæ tonum addimus, vt ponè intelligatur eſſe præpoſitio, idem valens quod iuxta: non imperatiuum à pono. Nam pône metum, habet priorem circumflexam.

Rurſus, Penè rem patriam perdidit, quum aduerbium intelligi volo, poſteriori tonum addo: quum membrum obſcœnum, priorem inflecto.

Pene ablatiui caſus.

Idem licet in, Palàm dedit, aduerbium indicans addo tonum in fine: ſi eſt inſtrumentum ruſticanum, aut anuli pars, priorem inflecto.

Nec eodem modò ſono, quum improbum & efferatis moribus hominem aio fêræ ſimilem: & quum eum, qui non multum abeſt à forma alterius, dico ferè ſimilem.

¶ Quantitas temporis ad eundem modum diſtinguit dictionem.

Cædo, vnde cæcídi longam habet & acutam:

Cedo, vnde ceſſi, non habet, quo diſcernatur, niſi fortè tono, cêdo: Sed ab hoc, Cêdo pro dic interdum vſurpatur, rurſus nota breuitatis diſcernitur.

At Cécidi à cado, primam habet acutam:

Cecídi à cédo, penultimam. Item
Profécto, participium est:
Profectò, aduerbium affirmantis. Et
Vúlgo, verbum est:
Vulgò, nomen siue aduerbium. Sic
Cérto, verbum: Certò aduerbium.
Fálso nomen,
Falsò aduerbium. Tametsi hoc quidam malunt circumflectere.
V'na nomen, vnà aduerbium.
ōs, vnde oris: & ós, vnde ossis. Et
ôra ab ōs, & óra verbum.
E'rgo coniunctio, &
Ergô nomen pro gratia. vt, Illius ergô venimus.
Ita distinguimus raûce & spûrce vocandi casum, & raucè & spurcè aduerbium:
Lége verbum, à lêge nomine:
Vénimus & vénit præteritum, à venîmus & vênit præsenti: Et
Diuûm, à diuum: Et
Deûm, à Deum: Et
Numûm, à numum, genitiuos ab accusatiuis. Huius generis exempla sunt infinita.

¶ Necessitatis exemplũ adferunt, cũ dicimus, Intereá loci, in aduerbio trãsferentes tonum ab antepenultima prioris dictionis in vltimam, & proximã dictionem suo tono spoliãtes, vt auditor admoneatur, Intereá loci, nihil aliud valere quã intérea. Nã loci, festiuitatis causa adiũgitur.

Huius farinæ sunt: Maléficus, malesánus, sicut, malesuáda, ádmodum, propémodum, ínuicem, propédiem, índies.

Idem fit quoties ex præpositione & aduerbio conflatur dictio, próinde, déinde.

Similiter in coniunctionibus, enímuero, étenim, siquidem, quandóquidem.

¶ Nec ideo statim corripio, ue, penultimam in enímuero, si ním præcedentem syllabã acuo.

¶ Necessitatis exemplum alii producunt, cùm dicimus, homo probus, doctusq;, vt intelligas, q;, coniunctionem adhærere proximæ dictioni: Præter rationem accentuum, posteriorem syllabam acuo.

Et si plurium syllabarum sit dictio, geminum addo tonum. vt, Omníumque.

Aliter enim effero, Omnium, quæ fecit, rationem reddidit; aliter Patris, omníumque fauorem amisit.

¶ Nec quisquam hebes, stupidusque vocari debet, si non statim queat ex ipso sensu diiudicare, in hoc; Falso queritur genus humanũ, falso aduerbium sit, an nomen, an participium. Aut in illo, Nunc scio, quid sit amor; amor, nomen sit, an verbum.

Nam licet hæc perspicua sint mediocriter eruditis, frequenter tamen sic incidunt vt semidocti labantur, docti nonnihil hæsitent.

Rectissimum sanè fuerit illorum errorem, horum contatiunculam exiguo negotio dirimere.

Vulgò multum operæ perit in adiectitiis literarũ flexibus & lasciuientibus lineis. At quantò facilius est, addere virgulam ? quæ vt doctis nihil officit, ita pueris & illiteratis est necessaria. Ineruditorum enim ac rudium tyrunculorum negotium hic agimus potissimùm. His cùm di-

ctamus, ab his cùm exigimus dictata, cùm ſcripturam emendatam expoſcimus, tum hæc ſuperuacanea videri non poſſunt.

Nec tamen in his probatur anxia, ſuperſtitioſaque cura, præſertim vbi res agitur ſeria, quod non hic tantùm præcepit ille ſcriptorum omniú diligentiſſimus Quintilianus, ſed eum, qui bene ſcribere nititur, curioſum non eſſe, ſed fuiſſe oportet: quemadmodum (vt Seneca ait) quædam didiciſſe oportet, non diſcere.

Tum demum gratiam habet in arte negligentia, ſi ſucceſſit immodicæ diligentię, ita vt curam remiſſam ſentias, non omiſſam. Hæc nimirum eſt illa doctà negligentia, quam Terentius mauult æmulari, quàm aliorum obſcuram diligentiam.

¶ Seruio teſte in illud Maronis libro ſexto,

Quiſque ſuos patimur manes, exinde per amplum
Mittimur Elyſium;

Exinde vna pars orationis eſt, & in tertia ſyllaba à fine accentum habet, licet penultima ſit longa. Quod ideo factum eſt, vt oſtenderetur vna pars eſſe Orationis, ne præpoſitio iungeretur aduerbio, quod vitioſum eſſe non dubium eſt. *Inde cum ſuis compoſitis.*

Priſcianus quoque dicit ab aduerbio, Inde, compoſita ante penultimam acuere, libro decimoquinto.

Aulus Gellius libro ſeptimo, capite ſeptimo, áffatim, áffabre, ádmodum, & ádprobè, pronunciari debere dicit acuta prima; & exáduerſum acuta ſecunda. Sed adpótus, adprímus, & adprímè, proferuntur acuta media.

¶ De

¶ De accentu ac tempore Græcorum vocabulorum quibus Latini vtuntur.
Erasmus Roterod.

Multi quærunt in vocibus Græcis, quas vsurpatione sui iuris fecerunt Latini, quæ ratio accentuum sit obseruanda. Sed hoc expediri perfacilè potest, hoc modo:

Si vox deflexa est ad normam Latinæ declinationis, seruetur accentus Latini regula. Nam id præterquam quòd iustiùs est, etiam commodiùs est.

Apud Latinos enim perpetua ratio est, Græci variant, eò quòd Latini ferè spectant penultimã in polysyllabis: In dissyllabis tonus propè semper est in priore, nec aliunde aliò migrat, quemadmodum apud Græcos.

Sic quidam malunt dicere Grammatice, Grãmatices, Grammaticen Græco more, quàm Latino. Atqui Latinè si dicas, tonus semper erit in ea, quæ tertia est ab vltima: alioqui Grammatica, vltimã habebit acutam; Grammatices paternus casus, & Grammaticæ datiuus, circumflexam: Rursus ó Grammatica, acutam. Quanquam in septimo seu ablatiuo casu cogeris esse Latinus.

[T]imotheus [q]uomodo so[n]andum. ¶ Item qui Timótheus dicit Latinè, semper acuit antepenultimam, & hactenus conuenit cum Græcis quoties vltima corripitur.

Cæterùm quoties vltima sit longa, tonus migrat iuxta Græcos in penultimam, vt Timothéi, Timothéo: in Timótheum, remigrat in locum suum.

[So]phia, Phi[lo]sóphia, an[te]p. acuta. Expeditius itaque dicemus sóphia, prima acuta, & philosóphia antepenultima acuta. Nam

quòd

quòd Christiani quidam tantùm tribuerunt accentui Græco, vt in metro quoque syllabam natura longam corripuerint, velut in Idola, Paraclitus, & Ecclesia, & si qua sunt alia, condonandum est pietati potiùs, quàm imitandum. Id quod in Idolo facit Prudētius, vir quouis etiam seculo inter doctos numerandus. Sic enim inquit contra Symmachum: *Idolum. Paraclitus.*

Idola conflauit fallendi docta potestas.

Rursus Erasmus alio loco:

Illud admonemus, In vocibus Gręcis à nobis receptis, vt simpliciùs ac faciliùs est, ita rectiùs quoque esse, si Latinum sequamur accentum, propterea quòd Græcus accentus pro eius linguæ legibus subinde migret aliò, velut ἰάκωβος, ἰακώβου. Latinus non item. *Iacobus.*

Itaque qui nominandi casu sonet Paráclețus secūda acuta, rectè quidē pronunciet iuxta Græcos: Verùm si idem faciat in paterno dandíq; casu, iam neque Græcè pronunciabit, neq; Latinè. *Paracletus.*

❡ Non idem esse acutum & longum, grave ac breue, &c.

Sciendum est, non idem esse longum & acutum, graue ac breue, aut siquid aliud est huiusmodi. Non enim omnes longæ syllabæ habent tonū acutū. vt, Virgilius, Vir, longa est, non acuta. Nec omnes syllabæ acutæ producuntur. vt in hac voce Virgílius, gí, acuitur, quāuis sit breuis.

Sic ὠριγένης, ἀριστοτέλης, acuuntur, etiamsi breues sint syllabæ γέ, & τέ. *Origenes,*

Plærique Latini homines philosophía, í, acuta dicimus, Item Theología, Prosodía, Astronomía; non quòd censeamus í longum esse, *Philosophia acuta pen.*

sed

ſed quòd acuatur. Atque id ſolitum eſt iſto pronunciari modo, non Latino, ſed Græco. Græcæ ſunt hæ dictiones, nec adeò Romanis attritæ linguis, vt exuerint genuinum tonum.

Fecit vulgus Romanũ Hiſtória, Comoédia, Tragoédia, Latino tono leuigatis ſyllabis.

At philoſophía, & quædam ſimiles voculæ apud doctos permanſerunt, vt hoſpites, externæque, non vt Latinæ. Quare etiam Græcos tonos cuſtodiunt.

¶ Quærat hic aliquis: Cur non Proſódiam dicimus, vt Comoédiam? quãdo cogis Latinè me Proſódia dicere.

Altera vox vulgo Romano detrita, quaſi Romana facta eſt. Altera videlicet Proſodía, in ſcholis doctorum hominum vt Græca delituit.

Igitur rectè dices Philoſophía, Theología, quamuis non Latinè.

Egregia ſententia Quintiliani eſt, quæ huc ſpectat: Qui Græcam figuram ſequi mallet, non Latinè quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur.

¶ De encliticis coniunctionibus:

Coniunctiones, que, ue, ne, dictæ ſunt encliticæ, id eſt, inclinatiuæ, quia ad ſe inclinant accentum præcedentis ſyllabæ. vt in his:

Dicenda, tacendaq́, calles.

Quóue tenetis iter?

Vſqueadeóne ſcire tuum nihil eſt?

¶ Poſtremò ignorantia accentuum ac temporum reddit ſępenumero ineptam lectionem, ſeu pronunciationem. Quare operæpretium videtur ſubiicere ſyluam vel congeriem quandam dictio-

dictionum,in quibus indoctè nunc breuis producitur vulgò,nunc longa breuiatur.

¶ INDEX GRÆCORVM AC LATINOrum vocabulorum, in quorum quantitate, ac tono ab imperitis plurimùm peccatur.

Præfatiuncula ad Puerum.

Notiſſimum eſt,quòd ſuum vbique regnum poſſidet Mos, tyrannus inſuperabilis. Et certè (vt Gellius inquit) Conſuetudo cùm omnium rerum domina ſit, tum maximè verborum eſt. Celebratiſſimi ſunt & Niniuitæ verſiculi:

Grammaticæ leges plærunq; Eccleſia ſpernit.
Tu viuendo bonos,ſcribendo ſequare peritos.

Sed ſiue ſacra, ſiue prophana verba ſint,æquè conuenit ea emendatè pronunciare.

Et tota pronunciatio petenda magis eſt ex Grãmaticæ regulis, quàm ex vulgi deprauata conſuetudine.Neque fidem meretur huc detortus verſiculus:

Ornari res ipſa negat,contenta doceri.

¶ *Voces in quibus penultimam docti producunt, indocti corripiunt:*

Michäel,Raphäel,Iſräel, Nathanäel.

Dixit tamen Angelus Politianus:
Verinus Michäel florentibus occidit annis.

¶ *Compoſita à nomine δῶρον, id eſt, donum.*

Theodorus,Megadorus,Polydorus,Pandora.

¶ *Compoſita à voce βουλὴ,id eſt,conſilium.*

Cleobulus,Eubulus,Heliogabulus, Thraſybulus.

¶ Composita à νίκη, hoc est, victoria.

Polynices, Pyrgopolinices, Thessalonica, Berenice, Berenicis, idis; Philonicus, Stratonicus, Demonicus, Andronicus, Hipponicus.

¶ Composita à τιμὴ, id est, honor.

Theotimus, Polytimus.

¶ Composita à λαὸς, id est, populus:

Archelaus, Menelaus, Nicolaus, Philolaus, Protesilaus.

¶ Penultima Græcè per ω scripta, profertur Latinè per o longum. vt in his:

Mammona.
Cleophas.
Salome.
Antiphona.
Iacobus. Nec refert sitne is minor an maior.
Hysopus vel hysopum.
Metamorphosis.
Hypotyposis.
Apotheosis.
Anacephaleosis.
Idolum. Nam Prudentius per Systolen corripuit penultimam, quod nobis non est imitandum.

¶ Similiter penultima longa pronunciari debent hæc sequentia.

Venientia à nomine πτῶσις, id est, casus:

Antiptosis, symptosis, aptoton, diptoton, triptoton, tetraptoton, pentaptoton, hexaptoton, Polyptoton.

Deducta à nomine κῶλον, hoc est, membrum.

Protocolon, Monocolon, Dicolon, Tricolō.

Descendentia à verbo πωλέω, vendo.

Bibliopola, Oenopola, Pharmacopola, Myropola, Boopola.

Ab ἄγω, quod est duco.

Anagoge, Isagoge, Paragoge, Mystagogus, Pædagogus, &c.

Penul-

¶ Penultima Græcè scripta per η, vertitur à Latinis plærunque in e longum, vt in his:
Paraclesis, Paracletus;
Poderis.
Sinapi, σίνηπι, pro η, habet a longum.

¶ Penultima Græcè scripta per ει diphthongon, ferè profertur à Latinis per i productum. vt in sequentibus.

Darius.
Basilius.
Eugenius.
Heraclitus.
¶ Alexandria.
Antiochia.
Nicia.
Nicodemia.
Aristocratia.
Democratia.
Litania.
Idololatria.
Pædia.
Cyropædia.
Cyclopædia.
Magia.
Elegia.
Ironia.
Latria.

¶ Academia. Id autem nomen apud Suidam & alios per iota scriptum legitur in penultima, non per ει diphthongum.

Dulia.
Necromantia,
Chiromantia,
Hydromantia,
Scatomantia.
¶ Brabiũ vel brauium.
Gynæcium.
¶ Orphanotrophiũ,
Brebotrophium,
Ornithotrophium,
Ichthyotrophium.
Pædagogiũ, } *& similia*
Oenopoliũ, } *hisce.*
Xenodochium,
Prochodochium,
Pandochium,
Capnodochium, &c.

¶ Penultima produci debet & in his:
Cambises.
Mithridates.
Eleazar.
Iairus.

 Timeus;

Timeus, Batti- meus. } *Hæc quidã cũ æ diphthongo ſcribunt.*
¶ Apricus.
Poſticus.
Vmbilicus.
Lumbricus.
Caprificus.
¶ Catinus.
Clandeſtinus.
Mediaſtinus.
Ætolus.
Pactolus.
Primipilus.
Ceritus.
Auitus.
¶ Deidamia,
Hippodamia,
Laodamia.
Iphigenia.
¶ Centaurea.
Angina.
Sagina.
Omphale.

¶ Tibicen. Sed in aliis nominibus in en, à cano formatis, penultima corripitur. vt, Cornicen, fidicen, tubicen, lyricen.

¶ Item in iis quæ veniunt à ſupinis penultimam producentibus, longa eſt penultima.
Aratrum.
Ambulacrum.
Lauacrum.
Inuolucrum.
Simulacrum.
Velabrum.
Ventilabrum.
Volutabrum.
Dolabra.

¶ Candelabrum & Delubrum, penultimã variant, vt ex Martiale, & Macrobii Saturnalibus libro tertio, capite quarto conatur oſtendere Ioannes Murmellius in ſuis tabulis de componẽdis verſibus.

¶ Capharnaum, a ante u, apud ſacros poëtas producit.

His addi poteſt quieſco, quod tamen Aulus Gellius refert pronunciari e litera correpta, libro ſexto, capite xv.

¶ *Hæc quoque penultimam producunt.*

Porrigo nomen. Nã porrigo verbum penultimam corripit.

Saluber.

Cape-

¶ Capedo, & Intercapedo.
Cupido.
Libido.
Hirudo.
Ferrugo.
Ærugo.
Fuligo.
Siligo.
Crepido.
Farrago.
Sartago.
Propago.
Agaso.
Carthago.
Cartilago.
Albugo.
¶ Albumen.
Bitumen.
Abdomen.
¶ Cubile.
Sedile.
Monile.
Ancile.
Ouile.
Equile.
Caprile.
Porcile.
Bouile.
Mantile.

VERBA PRIMÆ CONIVGATIONIS penultimam producentia.

Composita à Clamo:

Acclamo, conclamo, declamo, exclamo, inclamo, proclamo, reclamo, succlamo.

Composita à muto:

Commuto, immuto, permuto, præmuto, submuto, transmuto.

Composita à dono:

Condono, prædono, redono.

Composita à sudo:

Desudo, exudo, insudo.

Composita à lego legas, primæ coniugationis.

Ablego, allego, collego, delego, relego.

Composita ab Oro:

Adoro, exoro, peroro, suboro.

Composita à ploro:

Comploro, deploro, exploro, imploro.

Composita à spiro:

Aspiro, conspiro, expiro, inspiro, respiro, suspiro. *Composita à mano:*

Dimano, emano, promano.

Composita ab iuro:

Adiuro, coniuro, præiuro. Sed deiero & pero penultimam contrahunt.

Composita à poto:

Compoto, epoto, perpoto.

Deducta à causor vel causa:

Accuso, excuso, incuso, recuso.

Consimili modo proferuntur & hac:

Despero, à spero.
Delibo, & prælibo, à libo.
Irrito, & prorito.
Dormito.
Vagito.
Propino, à Græco verbo πίνω, id est, bibo.
Pædico.
Nutrico. Sed nutricor deponens penultimam corripit.
Præfoco, & Suffoco.
Oblimo.
Desolo, à voce solus.

¶ Excolo, percolo, à colo as. Nam excolo tertiæ coniugationis verbũ corripit mediã.

¶ Refragor,
Suffragor.
Perscrutor, à scrutor.
Consolor, à solor.
Suffuror, à furor.
Admiror, & Demiror, à miror.
Peculor, cum suo composito depeculor.
Adulor.
Cauponor.
Conuiuor.
Obsonor.
Præstolor.
Quiritor.

Verba

Verba secundæ coniugationis penultimam protrahentia, cùm sunt trisyllaba.

Composita à pareo:

Appares,apparet,apparent, appare, ab appareo.
Compares,cōparet,comparent,compare,à com pareo.
Dispares,disparet,disparent,dispare,à dispareo.
Transpares, transparet, transparent, transpare, à transpareo.

Composita ab hæreo penultimam diphthongo producunt. vt,

Adhæres,ret,rent,adhæsi,adhære,ab adhæreo.
Cohæres,ret,rent;cohæsi,cohære,à cohæreo.
Inhæres,ret,rent;inhæsi,inhære,ab inhæreo.
Subhęres,ret,rēt,subhæsi,subhære,à subhęreo.

Composita à luceo:

Alluces,cet,cent,alluce,ab alluceo.

Sic pronunciabis trisyllaba à colluceo, dilu-ceo,eluceo, illuceo, obluceo, præluceo, pellu-ceo,ręluceo,subluceo.

Composita à rideo:

Arrides,det,dent;arride,ab arrideo.

Ita profer trisyllaba ex corrideo,derideo,irri-deo,obrideo,prærideo,subrideo.

Verba tertiæ coniugationis penultimam prolongantia.

Composita à cludo, seu claudo:

Concludo,excludo, includo, occludo, præclu-do,recludo,secludo.

Composita à scribo:

Asscribo,conscribo,describo,excribo, inscribo, præscribo,proscribo,rescribo,subscribo,tran-scribo.

Composita à duco:

Adduco, conduco, deduco, diduco, educo, induco, obduco, præduco, produco, reduco, ſubduco, traduco.

Composita à dico tertiæ coniugationis:

Addico, condico, edico, indico, interdico, prædico.

¶ Composita à Cædo, cæcîdi, mutant æ diphthongon in í longum. vt, Accído, concído, decído, excído, incído, occído, præcído, recído, ſuccído.

¶ Composita à Cedo, ceſſi, ſeruant e lõgum, Accedo, concedo, decedo, diſcedo, excedo, incedo, præcedo, procedo, recedo, ſuccedo.

Composita à ſido:

Aſſido, conſido, deſido, inſido, obſido, reſido, ſubſido.

Composita à ludo:

Abludo, alludo, colludo, deludo, eludo, illudo, præludo.

¶ Composita à lædo, vertunt æ diphthongon in i productam. vt, Allido, collido, elido, illido.

Composita à cudo:

Excudo, incudo, recudo, &c.

Composita à trudo:

Detrudo, extrudo, intrudo, obtrudo, protrudo, retrudo.

Composita à rado:

Abrado, corrado, erado.

Composita à rodo:

Arrodo, corrodo, derodo, erodo, prærodo.

Composita à fido:

Confido, diffido.

Composita à sugo:

Exugo,insugo,præsugo, &c.

Composita ab inusitato verbo fligo:

Affligo,confligo,infligo,profligo.

Composita à figo:

Affigo,configo,defigo, infigo, refigo, transfigo.

Composita à promo:

Depromo,expromo,&c.

Composita à sumo:

Assumo, consumo, desumo, insumo, præsumo,resumo.

Composita à pono:

Appono,compono, depono, dispono, expono,impono,oppono,præpono,propono, repono,suppono, transpono.

Composita à repo:

Adrepo vel arrepo, correpo, erepo, irrepo, obrepo,prorepo,subrepo

¶ Composita à quæro, mutant æ diphthongon in i protractam.vt,Acquiro,conquiro, disquiro,exquiro,inquiro,perquiro,requiro.

Composita ab vro:

Aduro,amburo,comburo,exuro,inuro,peruro,

¶ Oppedo,à pedo.

Confrigo,à frigo.

Composita à plodo:

Applodo,complodo,explodo, supplodo.

Composita à nubo:

Obnubo,pronubo. Sed pronubus & pronuba penultimam corripiunt, sicut innubus & innuba.

Composita à labor:

Allabor, collabor, delabor, dilabor, elabor, illabor, prolabor, relabor.

Composita à nitor:

Adnitor vel annitor, connitor, enitor, innitor, obnitor.

¶ Abutor, à verbo vtor.

¶ *Verba quartæ coniugationis penultimam producentia, quando vel fiunt trisyllaba, vel manent tetrasyllaba.*

Composita à finio:

Definis, definit, & imperatiuus defini; Item tetrasyllaba, definimus, definitis; definite, definito, definire, à definio.

¶ Ita pronunciabis deflexa à diffinio & præfinio.

Composita à munio:

Communis, communit, & imperatiuus communi: Item tetrasyllaba, communimus, communitis: communite, communito, communire, à communio.

¶ Simili modo proferes venientia à præmunio & obmunio.

Composita à sepio:

Consepis, consepit, & imperatiuus cōsepi; Item tetrasyllaba, consepimus, consepitis: consepite, consepito, consepire, à consepio.

¶ Sic sonabis penultimam in iis, quæ inflectuntur à præsepio & obsepio.

Item hæc:

Balbutis, balbutit, balbuti, & cætera, à balbutio.
Cæcutis, cæcutit, cæcuti, &c. à cæcutio.
Consopis, Consopit, consopi, &c. à consopio.

Cucuris,cucurit,cucuri,&c. à cucurio.

¶ Deſæuis, deſæuit, deſæui, &c. à deſæuio, quod penultimam producit diphthongo.

Ferocis,ferocit,feroci,&c.à ferocio.

Laſciuis,laſciuit,laſciui,&c.à laſciuio. Quod venit à nomine laſciuus,cuius penultima etiam longa eſt. Virgilius:

Malo me Galatea petit laſciua puella.

¶ Liguris,ligurit,liguri, &c. à ligurio in quo verbo gu ſyllaba producitur,vt in arte verſificatoria docet Ioannes Deſpauterius;ſed negat Calepinus.

Abliguris, abligurit,abliguri,&c.à verbo abligurio.

¶ Scaturis,ſcaturit,ſcaturi,&c.à ſcaturio,teſte Ioanne Deſpauterio.

Deglutis,deglutit,degluti,&c.à deglutio.

Præſagis,præſagit,præſagi,&c.à præſagio.

¶ Nomina quorum penultimam docti breuiant, indocti prolongant.

Ananias.
Barachias.
Ezechias.
Eſaias.
Golias.
Helias.
Hieremias.
Iechonias.
Ioſias.
Malachias.
Matthias.
Tobias.
Vrias.
Zacharias.
¶ Arimathia.
Lucia.
Maria,

¶ Græca

¶ Græca nomina, quæ habent iota ante alpha, à Latinis proferuntur antepenultima acuta, & breui plærunque penultima.

Eiusmodi sunt:

Agonia.	Melancholia,
Categoria.	Moria.
Dysenteria.	Phantasia.
Dysopia.	Phlebotomia.
Vtopia.	Anatomia.
Harmonia.	Geometria.
Homilia.	Symmetria.
Mania.	Vrania. & alia innumera.
Gynæcomania.	

Composita à φωνὴ, id est, vox.

Euphonia, Cacophonia, Symphonia.

Composita ab ᾠδὴ, hoc est, cantus.

Monodia, Palinodia.

Composita à μάχη, id est, pugna.

Batrachomyomachia.	Naumachia.
Gigantomachia.	Psychomachia.
Logomachia.	Theomachia.
Monomachia.	

Item sequentia.

Callimachus, Promachus, Symmachus.
Et Hectoris Andromache, apud Maronem.
Item Dinomaches, apud Persium.

Composita à γραφὴ, id est, scriptura.

Chalcographia.	Topographia.
Typographia.	Chronographia.
Orthographia.	Prosopographia.
Cosmographia.	Polygraphia.

¶ Sic penultima breui efferũtur & hæc: Chalcographus, Typograph⁹, Cosmographus, Poly-

graphus, Syngrapha, Autographum, &c.

Composita à λόγος seu λογία, id est, sermo seu locutio.

Amphibologia. Analogia. Battologia. Eulogia. Etymologia. Genealogia. Macrologia. Matæologia. Pædologia. Perissologia. Tautologia. Theologia.

¶ *Et his cognata:*

Aretalogus. Battologus. Chrysologus. Dialogus. Tautologus. Macrologus. Matæologus. Theologus. Perissologus.

Composita à νόμος, id est, lex.

Astronomia, Chironomia, Physionomia, &c.

Astronomus, Physionomus, Agoranomus, &c.

Composita à πόνος, hoc est, labor.

Aponus, Misoponus, Philoponus, &c.

Deducta à φάγω, quod sonat edo.

Dorophagus, Anthropophagus, Ichthyophagus, Pamphagus, Sarcophagus.

Venientia à θεὸς, id est, Deus.

Athëus, Timothëus, Enthëus, Dorothëus & Dorothea, Leucothea.

Composita à nomine γένος, hoc est, genus.

Antigenes. Archigenes. Diogenes. Hermogenes. Origenes. Protogenes.

Composita à σθένος, id est, robur.

Antisthenes, Callisthenes, Demosthenes. Leosthenes, Lycosthenes.

Com-

Composita à γονὴ, id est, natio vel natiuitas:

Antigonus, Chrysogonus.

Composita à μέτρον, id est, mensura.

Geometer. Pentameter.
Dimeter. Hexameter.
Trimeter. Hypermeter.
Tetrameter.

Composita ab ἀρχὸς, hoc est, princeps:

Anarchia, Monarchia, Hierarchia, Tetrarchia, Oligarchia.

Composita ab ὁδὸς, id est, via:

Exhodus, Methodus, Perihodus, Synhodus.

Composita à κράτος, hoc est, potentia:

Aristocrates. Hippocrates.
Harpocrates. Menecrates.
Hermocrates. Xenocrates.

Composita à στρατὸς, id est, exercitus:

Callistratus, Cherestratus, Herostratus, Philostratus, Pisistratus, Sostratus.

Composita à γάμος, id est, nuptiæ:

Digamus, Trigamus, Misogamus.

A στόμα, id est, os:

Chrysostomus.

Nomina deriuata à verbo volo:

Beneuolus, maleuolus, multiuolus.

A dico facta nomina in dicus:

Maledicus, Causidicus, Falsidicus.

A facio deducta nomina in ficus:

Honorificus, lætificus, magnificus, mirificus, munificus.

¶ Nota.

¶ In calefácis, frigefácis, tepefácis, acuitur penultima, cùm sit breuis.

Id

Id ipſum fit etiam in his vocatiuis: Virgíli, Ouídi, Mercúri, Euſébi, Gregóri, Ambróſi, &c.

¶ Sic vtráque & plæráque, nominatiui & accuſatiui caſus, breuem penultimam acuunt. Idq́; potiùs conſuetudinis violenta quadam tyrannide fit, quàm ratione.

¶ Penultima corripienda eſt & in his ſubſequentibus:

Taurominum.
Morini.
Reducis, reduci, reducem, &c. à nominatiuo redux.
¶ Eleemoſyna.
Charmoſyna.
Sophroſyna.
Euphroſyna.
¶ Nephele.
¶ Æſchinus.
Iapetus.
Epheſus.
Obelus.
Patrimus, Matrimus. } *corripiũtur hæc ab Ang. Politiano in Miſcellaneis ca. 8.*
¶ Adamantinus.
Criſtallinus.
Cedrinus.
¶ Lecithus.
Dimitus
Trimitus.
Polymitus.
¶ Anatis, & alii obliqui à nomine anas.
Fornicor à fornix, quod facit genitiuum fornicis, penultima curta.
Itiner antiquum, pro iter.
Genimen, a gigno.
¶ Libripens.
¶ Anathema.
Epithema.
¶ Fiſcina.
Fuſcina.
Ruſticus, & Helena. } *pro diuis ſcilicet.*
¶ Redimitis, ſecunda perſona pluralis à Redimo, quod eſt tertiæ coniugationis. Nã Redimitis, à Redimio, quod eſt quartæ, penultimam producit ſicut auditis.

Verba

¶ Verba Composita figuræ, primæ coniugationis, penultimam contrahentia:

Circundabam, circundedi, circundabo, circundato, circundarem, circundare, circundatum, circundatu, & circundatus participium à verbo circundo.

¶ Eodem pacto pronuncianda sunt deflexa à pessundo, satisdo, venundo.

¶ Composita à Cubo, quæ sunt primæ coniugationis, absque m litera ante bo, corripiunt penultimam.

Accubo, excubo, Incubo, occubo, recubo, secubo, &c.

¶ Composita à sto, penultimam in præteritis ac supinis breuem habent. vt, Astiti, astitum, &c.

¶ Penultimam corripiunt & Composita sequentium verborum:

Amo.	Vt	Adamo.	Et cætera.
Aro.		Exaro.	
Cauo.		Excauo.	
Cito.		Oscito.	
Crepo.		Increpo.	
Dico.		Dedico.	
Frico.		Perfrico.	
Iuuo.		Adiuuo.	
Leuo.		Subleuo.	
Mico.		Dimico.	
Migro.		Commigro.	
Nato.		Innato.	
Neco.		Eneco.	
Noto.		Annoto.	
Nouo.		Renouo.	
Paro.		Apparo.	

Patro.	Perpetro.
Plico.	Supplico.
Puto.	Reputo.
Rigo.	Irrigo.
Rogo.	Prorogo.
Sacro.	Confecro.
Seco.	Difleco.
Sono.	Refono.
Tono.	Intono.
Voco.	Prouoco.
Volo.	Auolo.

¶ Item à Lauo compofita,quæ funt tertiæ coniugationis.vt,Diluo,&c.

¶ Educo pro nutrio. Iuuenalis.

Terra malos homines nunc educat atque pufillos.

¶ Compofita à Moror:

Commoror,immoror,remoror.

Compofita à Minor:

Comminor,interminor.

¶ Secundæ Coniugationis verba penultimam contrahentia præcipuè in perfonis trifyllabis, componuntur cum his verbis:

Caueo.	Præcaues,præcauēt, &c. à Præcaueo.
Doceo.	Dedoces,cent, &c.à Dedoceo.
Doleo.	Condoles, lent, &c. à Condoleo.
Egeo.	Indiges,gent,&c. ab Indigeo.
Foueo.	Refoues, uent, &c. à refoueo.

Iaceo.	Vt	Adiaces, cent, &c. ab Adiaceo.
Lateo.		Delites, tent, &c. à Deliteo.
Maneo.		Permanes, nent, &c. à Permaneo.
Moneo.		Admones, nent, &c. ab Admoneo.
Moueo.		Remoues, uent, &c. à Remoueo.
Oleo.		Redoles, lent, &c. à Redoleo.
Paueo.		Expaues, uent, &c. ab Expaueo.
Placeo.		Diſplices, cent, &c. à Diſpliceo.
Rigeo.		Diriges, gent, &c. à Dirigeo.
Sedeo.		Aſſides, dent, &c. ab Aſſideo.
Soleo.		Aſſoles, lent, &c. ab Aſſoleo.
Taceo.		Contices, cent, &c. à Conticeo.
Video.		Peruides, dent, &c. à Peruideo.
Voueo.		Deuoues, uent, &c. à Deuoueo.

Atq; ita de aliis Compoſitis in vtrolibet numero ſentiendum eſt.

¶ Decet. — Dedecet, &c.
Libet. — Collibet, &c.
Pudet. — Diſpudet, &c.

¶ Tertiæ

¶ Tertiæ Coniugationis verba præſertim in triſyllabis perſonis penultimam breuiantia.

Bibo,	Combibo.
Colo,	Accolo.
Coquo,	Decoquo.
Cupio,	Diſcupis,pit.
Fodio,	Perfodis,dit.
Fugio,	Confugis,git.
Furo,	Perfuris,rit.
Gero,	Suggero.
Lino,	Relino.
Meto,	Demeto.
Molo,	Permolo.
Peto,	Expeto.
Sero,	Deſero.
Sino,	Deſino.
Strepo,	Obſtrepo.
Tego,	Contego.
Tero,	Intero.
Traho,	Attraho.
Veho,	Proueho.

¶ Item ſimplicis primam vocalem in compoſitione mutantia:

Eiuſmodi ſunt compoſita cũ his ſimplicibus.

Ago,	Subigo.
Cado,	Decido.
Cano,	Recino.
Capio,	Accipis,pit.
Emo,	Eximo.
Iacio,	Adiicis,cit.
Lacio, *quod nõ eſt in vſu.*	Pellicis,cit.

Premo,	Opprimo.
Quatio,	Concutis.
Rapio,	Arripis.
Rego,	Erigo.
Specio, *quod est inusitatũ.*	Despicis.

¶ Lego, nunc seruat e, vt Perlego, relego, sublego: nunc e mutat in i, vt Intelligo, negligo, diligo.

¶ Itidem Facio cum præpositione compositum, & mutans a in i breue. vt, Afficis, afficit.

¶ Nam Calefacis, calefacit, & similes personæ in aliis compositis à facio, quæ a seruant penultimam, licet acutam, contrahunt.

¶ Composita à Fodio, & fugio, in prima & secunda persona præsentis temporis per omnes modos corripiunt fo, & fu syllabas, Sed in præteritis actiuis easdem producunt.

¶ A Findo & scindo composita penultimam in præterito correptã habent. vt, Abscidi, diffidi.

¶ Supina compositorum à lino, ruo, & sino, penultimam contrahunt. vt, Oblitum, dirutum, desitum.

Nota. ¶ Cæterùm ad faciliùs cognoscendam quantitatem penultimarum syllabarum in prædictis & in aliis verbis refert scire, quòd tempora à præsenti indicatiui modi formata, retinent eius quantitatem: & tempora deducta à præterito perfecto indicatiui modi, sequuntur ipsius quoque quantitatem. De quibus puero dantur hi versiculi:

Præteritum verbi de se dat tempora quædam:
Ram.sem,rim,ro,se.formabit cætera præsens.

¶ Composita ab his deponentibus verbis, etiam penultima curta pronũciantur, vbi in trisyllaba fuerint redacta: Gradior, loquor, morior, patior, queror, sequor.

Composita à Gradior:

Aggredi, congredi, digredi, egredi, ingredi, prægredi, progredi, regredi, transgredi. Sic etiam prætergredi tetrasyllabũ penultima breui profertur.

¶ A Loquor facta trisyllaba:

Alloquor, alloquar, alloqui.
Colloquor, colloquar, colloqui.
Eloquor, eloquar, eloqui.
Præloquor, præloquar, præloqui.
Proloquor, proloquar, proloqui.
Sic Interloquor, tetrasyllabum corripit penultimam.

Composita à Morior:

Commori, emori, immori, intermori.

Composita à Sequor:

Assequor, assequar, assequi.
Consequor, consequar, consequi.
Exequor, exequar, exequi.
Insequor, insequar, insequi.
Obsequor, obsequar, obsequi.
Persequor, persequar, persequi.
Prosequor, prosequar, prosequi.
Subsequor, subsequar, subsequi.

Sic Perpeti, à perpetior, quod fit à Patior.
Compati, à compatior, quod seruat a.
Item Conqueror, à queror.

¶ Quarta coniugationis verba penultimam in personis trissyllabis breuiantia.

Composita à Salio:

Assilis,assilit,& imperatiuus assili,ab assilio.

¶ Eadem ratione proferes deflexa & ab aliis huius verbi compositis:Consilio,desilio,exilio, insilio,præsilio,prosilio,resilio,subsilio,trãsilio.

Composita à Pario:

Aperis,aperit,& imperatiuus aperi,ab aperio.

Et similiter de cæteris:Comperio,operio, reperio. *Composita à verbo Eo:*

Interis,interit,& imperatiuus interi, ab intereo.

Deperis,deperit,& imperatiuus deperi, à depereo,quod est decompositum à pereo.

Composita à Venio:

Aduenis,áduenit,& in imperatiuo áduení.Nam præteritum aduéni,penultimam producit,ab aduenio.

¶ Ita dices de reliquis huius verbi compositis:Conuenio,deuenio,inuenio,obuenio, præuenio,prouenio,peruenio,subuenio.

Verba quæ originem à pede trahunt:

Expedis,expedit, & imperatiuus expedi, ab expedio.Impedis,impedit,& impedi,ab impedio. Præpedis,præpedit,& præpedi,à præpedio.

Penultimã breuem habent.

Erudis, erudit, & imperatiuus erudi, ab erudio.

Amicis,amicit,& amici,ab amicio.

Enutris,enutrit,& enutri, ab enutrio.

Trisyllabæ voces verborũ meditatiuæ formæ.vt,Esuris,esurit,&c. ab esurio.

¶ Supina compositorum à verbis eo, & queo. vt,exitum, nequitum.

Item composita defectiuorum & anomalorum verborum.

A fore composita:

Adfore, profore, & si qua sunt alia.

Composita à Fero:

Adfero, antefero, aufero, confero, defero, effero, infero, offero, perfero, præfero, profero, refero, suffero, transfero.

A verbo Edo composita:

Adedo, ambedo, comedo, exedo, obedo, peredo.

De quantitate penultimæ syllabæ in obliquis per singulas declinationes.

Postremò quemadmodum verborum quantitatem in penultimis syllabis per singulas coniugationes, & aliquot nominum per rectos tantùm ostendimus: Ita etiam penultima syllaba obliquorum casuum per vnamquamque declinationem quanta sit, breuiter commonstrandũ putamus; vt expeditior, firmior, atque tutior sit puerilis pronunciatio. Quæ quidem res ne nimia prolixitate nauseam pariat, nos præcipuorũ casuum formulas duntaxat proponemus. Quod etiam de genitiuorũ penultima dictum fuerit, idem & de aliorum obliquorum penultima sentiendum censemus, præsertim in polysyllabis. Nec quispiam mirabitur quòd non eadem opera dicamus hic de quantitate primæ quoque syllabæ & vltimæ. Non enim hic Poëtam, sed scribam, pronunciatorem, lectoremúe formamus. Et profectò penultima tanto diligentiùs obseruari debet cæteris syllabis, quantò existit in audiendo, vel sonando eminentior.

¶ Penultima obſeruanda in obliquis nominum primæ declinationis.

Genitiuus pluralis deſinens in arum, & Datiuus in abus,	*penultimã producunt. vt*	Muſarum. Ambabus. Duabus.

¶ Penultima obſeruanda in obliquis nominum ſecundæ declinationis.

Genitiui ſingulares creſcentes à nominibus in er, ir, ur, Et ſimiliter alij tũ ſingulares, tum plurales obliqui, venientes ab iiſdem terminationibus,	*penultimam contrahũt. vt ab aſper, Treuir, ſatur:*	Aſperi, aſperos. Treuiri, Treuiros. Saturi, ſaturos.

Excipiuntur obliqui deflexi ab Iber, & Celtiber, quorum penultima, Ioanne Deſpauterio teſte, eſt prolonganda.

Genitiuus pluralis orum, producit o ante rũ. vt, Stultorum regem, & populorum continet æſtus.

¶ Penultima longa in obliquis nominum tertiæ declinationis, per varias terminationes.

Acis, à nominatiuo in ax.

Fornacis, à fornax. Mendacis, à mendax.
Veracis, à verax. Feracis, à ferax.
Voracis, à vorax. Salacis, à ſalax
Viuacis, à viuax. Thoracis, à thorax.
Mordacis, à mordax.

Ecis, ab ex.

Veruecis, à veruex. Halecis, ab halex ſcilicet; quod alij malunt deduci à nominatiuo halec.

Icis, ab ex, & ix.

Vibicis, à vibex. Cornicis, à cornix. Radicis à radix. Perdicis, à perdix. Phœnicis, à phœnix. Pernicis, à pernix. Felicis à felix.

Ocis à nominatiuis in ox.

Atrocis, ab atrox. Ferocis, à ferox. Præcocis, à præcox.

Ucis, à nominatiuo in ux.

Pollucis, à Pollux.

Edis, à nominatiuo in es.

Hæredis, ab hæres. Mercedis, à merces.

Idis, à nominatiuo in d.

Dauidis, à Dauid.

Udis, à fœmininis in us.

Incudis, ab incus. Paludis, à palus. Subſcudis, à ſubſcus.

Alis, ab appellatiuis in al.

Animalis, à nomine animal. Tribunalis, à tribunal, &c.

Elis, à propriis in el.

Gamalielis, à Gamaliel. Gabrielis, à Gabriel. Michaëlis, à Michaël, &c.

Ilis, à neutris in e.

Cubilis, à nominatiuo cubile. Sedilis, à ſedile, &c.

Aris, ab appellatiuis neutris in ar.

Torcularis, à torcular. Altaris, ab altar. Exemplaris, ab exemplar, &c.

Eris à nominatiuis in er, qui Gracè in ὴρ deſinunt.

Crateris, à crater. Characteris, à character. χαρακτὴρ, κρατήρ.

 Oris,

Oris, ex ſubſtantiuis in or: Item ex comparatiuis in or vel us:

Doloris, à dolor. Melioris, à melior, vel melius.

Vris, ab us:

Telluris, à tellus.

Anis, ab an.

Pæanis, à Pæan, Titanis, à Titan.

Enis, ab en:

Lienis, à lien.

Inis, ab in:

Delphinis, à delphin.

Onis, à nominatiuis in O:

Sermonis, à ſermo. Orationis, ab oratio.

Onis, ab appellatiuis & propriis per on finitis:

Agonis, ab agon. Ægonis, ab Ægon. Simonis, à Simon.

Atis, à Latinis nominibus in as:

Simultatis, à ſimultas. Ouidius:

Sæpe ſimultates ira morata facit.

Etis, ab es, à Græcis in ης:

Lebetis, à lebes, λέβης. Tapetis, à tapes.

Etis, à Latinis in es:

Locupletis, à locuples. Quietis, à quies, &c.

Itis, à nominatiuis in is:

Samnitis, à Samnis. Quiritis, à Quiris.

Otis, à Latinis & Græcis in os:

Sacerdotis, à ſacerdos. Rhinocerotis, à rhinoceros. Martialis:

Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Vtis, à Latinis fœmininis in us:

Iuuentutis, à iuuentus. Senectutis, à ſenectus. Seruitutis, à ſeruitus.

Ois, à Græcis in ως:

Herois, ab Heros, Minois, à Minos.

Opis, ab ops:

Cyclopis, à cyclops. Hydropis, ab hydrops.

¶ *Penultima breuis in obliquis nominum tertiæ declinationis per diuersas terminationes.*

Acis, à polysyllabis in ax:

Dropacis, à dropax. Storacis, à ſtorax.

Ecis, ab ex:

Reſecis, à reſex.

Icis, à polyſyllabis in ex, & ix:

Verticis, à vertex. Apicis, ab apex. Corticis, à cortex. Forficis, à forfex. Pollicis, à pollex. Fruticis, à frutex. Filicis, à filix. Salicis, à ſalix. Fornicis à fornix.

Ychis, vel ychos, ab yx:

Onychis, ab onyx. Sardonychis, à ſardonyx.

Ocis, ab ox:

Cappadocis, à Cappadox. Horatius:
Eget æris Cappadocum rex.

Vcis, ab ux:

Reducis, à redux.

Ogis, ab ox:

Allobrogis, ab Allobrox.

Adis, à Græcis fœmininis in as:

Lampadis, vel dos, à lampas. Decadis, à decas. Hebdomadis, ab hebdomas. Palladis, à Pallas, &c.

Edis, à nominibus in es quæ à pede fiunt:

Bipedis, à bipes. Seſquipedis, à ſeſquipes. Cornipedis, à cornipes. Iuuenalis:
Loripedem rectus derideat, æthiopem albus.

Idis à nominibus in es, quæ à ſedeo deriuantur.

Obſidis, ab obſes. Præſidis, à præſes. Deſidis, à deſes, &c.

Odis, ab iis quæ à Græco nomine πους componuntur.

Tripodis, à tripus. Antipodis, ab antipus. Chytrapodis, à chytrapus.

Vdis, ab us.

Pecudis, à fœminino pecus.

Alis, à propriis in al.

Hannibalis, ab Hannibal. Haſdrubalis, ab Haſdrubal.

Ilis, ab il.

Vigilis, à vigil. Strigilis, à ſtrigil.

Olis, ab es.

Indolis, à nominatiuo indoles. Sobolis, à ſoboles.

Vlis, ab ul.

Conſulis, à conſul. Exulis, ab exul. Præſulis, à præſul.

Inis, à nominibus in do & go: & aliter in o finitis.

Cupidinis, à Cupido. Ouidius:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.

Hominis ab homo. Turbinis, à turbo. Neminis, à nemo.

Inis, à neutris & maſculinis per en terminatis.

Fulminis, à fulmen. Numinis, à numen. Tibicinis, à tibicen, &c.

Onis, ab appellatiuis in on, quæ nominatiui O magnum vertunt in obliquis in o paruum.

Canonis, à canon. Auſonius:

Is demum exceſſit Grammaticos canonas.

Dæmonis, à dæmon. Cacodæmonis, à cacodæmon. Eudæmonis, ab eudæmon. Strygodæmonis

monis, à ſtrygodæmon. Sic Lacedæmonis, à Lacedæmon.

Item quæ componútur à Græco nomine χθὼν id eſt, terra, &c.

Et obliqui gentilium in O. vt, Saxonis, à Saxo, &c.

Ipis, ab iis quæ à capio fiunt in eps.

Principis, à princeps. Participis, à particeps.

Opis, ab ops.

Æthiopis, ab æthiops. Cecropis, à Cecrops. Pelopis, à Pelops.

Vpis, ab eps.

Aucupis, ab auceps.

Aris, à propriis & appellatiuis in ar.

Bomilcaris, à Bomilcar. Iaſparis, à Iaſpar. Amilcaris, ab Amilcar.

¶ Et nectaris, à nectar. Iubaris, à iubar. Cæſaris, à Cæſar. *Eris, à Latinis in er.*

Aggeris, ab agger. Lateris, à later. Aceris, ab acer, pro arbore.

¶ Item à Græcis duobus in ὴρ. vt, Aëris, ab aër. Ætheris, ab æther.

Eris ab us.

Velleris, à vellus. Generis, à genus. Veneris, à Venus. Veteris, à vetus.

Eris, ab es.

Cereris, à Ceres.

Oris, à propriis in or.

Hectoris, ab Hector: Agénoris, ab Agenor. Caſtoris, à Caſtor.

Oris, à quatuor neutris in ur.

Roboris, à robur. Iecoris, à iecur. Femoris, à femur. Eboris, ab ebur.

Oris, à neutris in us:

Corporis, à corpus. Cato:

Corporis exigui vires contemnere noli.

Pignoris, à pignus. Fœnoris, à fœnus.

Vris, à nominibus in ur:

Gutturis, à guttur. Turturis, à turtur.

Vris, ab us:

Liguris, à Ligus.

Atis, à Græcis neutris in ma:

Dogmatis, à dogma. Diadematis, à diadema, &c

Atis, ab ar:

Hepatis, vel tos, ab hepar.

Etis, à masculinis, fœmininis, & omnis generis nominibus in es:

Arietis, ab aries. Parietis, à paries.

Abietis, ab abies. Segetis, à seges. Tegetis, à teges. Teretis, à teres. Hebetis, ab hebes.

Itis, à masculinis & communibus in es:

Poplitis, à poples. Stipitis, à stipes. Militis, à miles. Equitis, ab eques. Peditis, à pedes.

Itis, à nomine caput, & eius compositis:

Capitis, à caput. Occipitis, ab occiput. Sincipitis, à Sinciput. Bicipitis, à biceps. Ancipitis, ab anceps, &c.

Vtis, ab us:

Intercutis, à nomine intercus.

Penultima breuis in quibusdam obliquis nominum quartæ declinationis.

Datiuus & ablatiuus pluralis in ibus, vel ubus, à nominibus in us vel u, penultimam corripiunt. vt, fructibus, à fructus, artubus, ab artus, verubus, à veru.

¶ Penul-

Penultima longa in aliquot obliquis nominum quintæ declinationis.

Genitiuus & datiuus singulares in ei, vt diei:
Genitiuus pluralis in erum, vt, dierū:
Datiuus & ablatiuus plurales in ebus, vt diebus; } *penultimā producunt.*

Hæc ferè sunt quæ puero tradenda existimat Ioannes ille Murmellius, cùm in suis tabulis de versibus componendis sic inquit:

Regulis pluribus mediæ syllabæ cognosci possunt, sed si à Latino præceptore rectè didiceris & nomina declinare & verba, super eorum crementis, & penultimarum vel extensione, vel contractione; nunc tibi regulas tradere, superfluum est. Proinde da operam, vt in ludo literario sub optimis præceptoribus bene instituto, puro sermoni Romanæ vrbis vernaculo insuescas, ne stultè magistris militans sub barbaris, linguam tenellam polluas striligine. Et in hac parte Despauterio ex omnibus magis confide. Sis igitur hac regula contentus:

I, in compositione ita medium, vt priorem partium componentium terminet, corripitur. vt, ensifer, artifex, semiuir. Sic ille.

FINIS.

L**IBER** *hic, cui titulus est,* Orthographiæ ratio,*continet se intra limites professionis Grammatices, nihil habens quod religionem nostram catholicam attingat; multò minus offendat: vtilissimus erit tam incipientibus, quàm vtcumque progressis. Magno igitur iuuentutis commodo imprimi poterit.*

Sic sentio Anthonius Bruyninckx
Theologiæ Licentiatus.

MAMBOR
LEGATORE DI LIBRI
CORSO 32